¶ De opio. Caplm.XXVII.

Ille cui datum fuerit opiū in potu: si cogatur vomere apparebit odor opij in vomitu ꝛ erit hebes ꝛ piger ꝛ dormitans absque sensu: ꝛ non intelligēs neque sentiens: ꝛ si non succurratur ei morietur. ¶ Et eius cura est potare altissimum vinum ꝛ fricare extrema cum nitro et sapone ꝛ prouocare sternutationem cum pipere intromisso in nares. Et eius beʒoar est castoreum tritum ꝛ datum in potu cum vino.ʒ.ij.

¶ De succo scamonee. Caplm.XXVIII.

Ille cui succus scamonee datus fuerit in potu patietur cordis defectū ꝛ syncopim ꝛ sitim ꝛ estuationē ꝛ dissinteriam ꝛ febrem. ¶ Et eius cura est potare aquam ordei sepe ꝛ ingredi balneū aque tepide: deinde post illud bibere syrupum rosatum ꝛ buglossatum tota die: ꝛ prouocare somnum ꝛ odorare nenufar ꝛ rosas ꝛ myrtum: ꝛ cibaricum cibo facto cum sumach vel berberis: ꝛ emplastrare ventrē ꝛ stomachum cum pulpis cydoniorum. Et eius beʒoar est herba que vocatur ribes ꝛ eius succus.

¶ De apio risus. Caplm.XXIX.

Ille cui datum fuerit in potu apium risus facit hominem extra mentem ꝛ cōtinue ridet: propter hoc vocatur apium risus. ¶ Et eius cura est prouocare somnū cum potu boni vini inebriantis. Et eius beʒoar est succus melisse cum aceto datus in potu.

¶ De succo cherue. Caplm.XXX.

Ille cui succus cherue datus fuerit in potu patietur vomitum continuum ꝛ dolorem ventris. ¶ Et eius cura erit tyriaca magna data in potu.ʒ.ij.cū vino optimo calido. Et eius beʒoar est ipericon.

¶ De succo napelli. Caplm.XXXI.

Ille cui succus napelli: siue eius fructus: siue de eius substantia datus fuerit in spatio vnius diei aut trium dierum moritur: ꝛ patitur ante hoc syncopim et defectum cordis ꝛ denigrationem et defuscationem paulatine omnium membrorum: et deinde tumet totum corpus: et oculi eius foras prominent: ꝛ linguam in ore continere non potest. ¶ Succurratur ergo in instanti dando terram sigillatam distemperatam cum butyro et aqua et euomat: et statim exhibeatur smaragdus optime trita.ʒ.ij. cum vino et super cor ponatur siricum tinctum in grana infusum in succo buglosse et aqua rosata et reiteretur: ꝛ deinde serui suggant cum ore extremitates corporis: sed ipsi morientur nisi acceperint de smaragdo. Et eius beʒoar est mus qui nascitur in radice napelli: exiccetur ꝛ detur ex eo in potu.ʒ.ij.

¶ De succo oleandri. Caplm.XXXII.

Ille cui succus oleandri aut eius cornua vel eius cortex data fuerint in potu patietur syncopim et tribulationem cordis ꝛ anxietatem. ¶ Et eius cura est sumere diacastoreum datum in potu.ʒ.ij. Et eius beʒoar est granum iuniperi tritum in quantitate.ʒ.ij.cum vino.

¶ De succo meʒereon. Caplm.XXXIII.

Ille cui succus meʒereon datus fuerit in potu patietur fluxum ventris: et sitim: et anxietatem: et excoriationem intestinorum. ¶ Et eius cura erit syrupus rosatus cum aqua ordei: et odorare fructus frigidos et odoriferos. Et eius beʒoar est origanum assatum ꝛ bibitum.

¶ De succo ellebori. Caplm.XXXIIII.

Ille cui succus ellebori datus fuerit: aut radix eius patietur strangulationē gutturis ꝛ prefocationē: ꝛ fortassis suffocatur subito: ꝛ ideo vocatur strangulator canis. ¶ Et eius cura est sumere in potu statim aquā mellis ꝛ quiescere in loco separato. Et deinde detur beʒoar eius quod est flos nenufaris siccus ꝛ tritus.ʒ.ij.

¶ De alsefira. Caplm.XXXV.

Ille cui alsefira data fuerit patietur excoriationē ventris ꝛ vomitum. ¶ Eius cura erit dare in potu aquā mellis: deinde tribuere cydonium assatū. Et eius beʒoar est anagallus.

¶ De succo brionie. Caplm.XXXVI.

Ille cui succus brionie datus fuerit patietur scotomiā ꝛ stoliditatem ꝛ angustiā spiritus. ¶ Et eius cura erit tyriaca.ʒ.ij.cum vino decoctionis enule. Et eius beʒoar est piper.

¶ De cornubus spice. Caplm.XXXVII.

Ille cui cornua spice data fuerint patietur tortionem ventris ꝛ nauseam. ¶ Et eius cura est tyriaca.ʒ.ij.cum decoctione vini in quo diptamus sit bullitus.

¶ De cornubus oleandri. Caplm.XXXVIII.

Ille cui data fuerint cornua oleādri: aut qui comederit assaturam in veru exciso ex oleandro: aut qui dormierit sub vmbra oleandri: aut qui biberit aquam fluminis sub cuius ripis crescit oleāder: cuius copia est in insula Sardinee: ꝛ ego expertus sum illud ꝛ vidi: patietur estuationem ꝛ amentiam ꝛ rugitum ventris: ꝛ si balneum fuerit calefactum ex oleandro balneatus syncopim patietur in balneo. ¶ Et eius cura ꝛ beʒoar dicta sunt supra in

capitulo de succo oleandri.

¶ De cornubus bedeguar. Caplm. XXXIX.

Ille cui in potu data fuerint cornua bedeguar patiet difficultatem transglutiendi. ¶ Et eius cura est lambere oleum de amigdalis dulcibus. Et ipsius beʒoar sunt mora celsi.

¶ De anacardis. Caplm. XL.

Ille qui sumpserit anacardos patietur incensionez in gutture vehementem: ⁊ quandoqʒ inflabitur: ⁊ acutam faciet egritudinem ⁊ mentis alienationem. ¶ Et eius cura est cuʒ rebus unctuosis: sicut oleo amigdalino: sisamino ⁊ butyro ⁊ lacte ⁊ iuribus gallinarū: ⁊ si dolorem habebit in intestinis: tūc conueniens est balneum: ⁊ si inducit febrem acutam: tunc est conueniens uti attenuāte dieta ⁊ frigida ⁊ humida: ⁊ si fuerit mētis alienatio pro ecetur somnus cū semine lactuce ⁊ papauere albo. Et ei⁹ beʒoar sunt grana pini torrefacta ⁊ comesta.

¶ De nucibus ⁊ auellanis rancidis. Caplm. XLI.

Ille qui comederit nuces ⁊ auellanas rācidas patiet accidentia mala. s. nauseam ⁊ deiectionez appetitus ⁊ vomitum: ⁊ debilitatem virtutum animalium: ⁊ eius cura erit rob cydoniorum ⁊ rob pomorum. Et si acciderit ei eructatio habens odorez lini putrefacti tunc posset mori. ¶ Et eius cura erit diacyminum vel diapipereon: ⁊ detur ei in potu vinum purum ⁊ fomētetur stomachus cuʒ oleo nardino.

¶ De malo castoreo. Caplm. XLII.

Ille cui in potu datum fuerit maluʒ castoreum patiet clamorem ⁊ rixam ⁊ dolorē: ⁊ linguam hēbit foris prominētē ⁊ febrē. ¶ Et eius cura erit vomit⁹ cū butyro ⁊ aqua mellis donec vomitus minime habeat odorez castorei: deinde detur in potu rob mororum aut limonuʒ. Et eius beʒoar sunt semina coriandri assata ⁊ trita. ʒ. ij.

¶ De malis fungis. Caplm. XLIII.

Ille qui comederit malos fungos ⁊ precipue qui nati fuerint super ferro aut super arabula vel malo terre: vel in locis terrarum prefocabitur: ⁊ dolorem patietur in pectine: ⁊ prohibebitur ei urinare: ⁊ dolores habebit in ventre: ⁊ si odorauerit malum fungum ⁊ tubera mala patietur epilepsiam: ⁊ fortassis morietur. ¶ Et ante illō erit ei propinandum vinuʒ optimum in quo piper nigrum sit bullitum: ⁊ deinde clystericare ipsum cum aqua mellis ⁊ sale: ⁊ fomentare femur cū oleo nardino. Et eius beʒoar quando decoquuntur fungi aut comeduntur sunt pira incisa in frusta ⁊ simul decocta. Et beʒoar post comestionem ipsorum est allium crudum.

¶ De nuce vomica. Caplm. XLIIII.

Ille qui nucem vomicam biberit vel comederit habebit vomitum pessimum ⁊ dissolutionem virtutis. ¶ Et eius cura est rob cydoniorum: ⁊ myrtin: ⁊ potus alti vini albi. Et eius beʒoar est cortex citri.

¶ De colloquintida. Caplm. XLV.

Ille qui collognitidaʒ solitarie natā in arbore sua comederit venenū letale sumpsit: ⁊ nisi succuratur ei subito morietur in 3° die. ¶ Et ei⁹ cura ⁊ beʒoar simul ⁊ semel est smaragdus optima trita ⁊ data in potu. ʒ. ij.

¶ De ficu pharaonis. Caplm. XLVI.

Ille qui comederit ficus pharaonis statiʒ patietur febrē ⁊ fractionē toti⁹ corporis: ⁊ videbit ei q̄ sit hydropicus: ⁊ ego vidi in Sardinea in iudicatu Saluarie ubi ista ꝑ ficuuʒ est abundātia. q̄ qui unam comedebat patiebatur unam febrem: ⁊ qui duas: duas: ⁊ qui tres patiebatur trinam febrem: ⁊ vltim iste febres erant tertiane. ¶ Et cura eius est aqua ordei parata aut serum caprinuʒ. Et eius beʒoar sunt grana siue semina cucumeris mundata ⁊ trita ⁊ data in potu. ʒ. ij.

¶ De semine iusquiami. Caplm. XLVII.

Ille cui in potu data fuerint scientia iusquiami patiet ebrietatem ⁊ mentis alienationem ⁊ stuporez ⁊ immobilitatem omniū membroꝝ. ¶ Et eius cura est piper longū tritum ⁊ datum in potu. ʒ. ij. Et eius beʒoar sunt grana fisticoꝝ comesta vel bibita.

¶ De granis cocognidij. Caplm. XLVIII.

Ille cui in potu data fuerint grana cocognidij patiet vomitum ⁊ fluxum ventris ⁊ tribulationem in stomacho. ¶ Et eius cura est tyriaca magna. ʒ. ij. cuʒ vino. Et beʒoar eius amigdale amare.

¶ De baccis lauri rancidis. Caplm. XLIX.

Ille qui comederit baccas lauri rancidas patiet accidentia que patitur qui comederit nuces rācidas. ¶ Et cura eius ⁊ beʒoar erunt similia.

¶ De cataputia. Caplm. L.

Ille qui comederit cataputiā patiet accītia que patitur qui biberit gyrasolem: que superius dicta est cherua. ¶ Et cura eius ⁊ beʒoar sunt eadem.

¶ De semine vitice. Caplm. LI.

Ille qui comederit semē vitice patiet gutturis ⁊ oris ⁊ lingue excoriationem: ⁊ arsuram: ⁊ ardorē in mictu. ¶ Et eius cura erit oleum amigdalinuʒ dulce potare. Et eius beʒoar sunt grana cydoniorum trita ⁊ potata cum aqua calida.

¶ De semine papaueris nigri. Caplm. LII.

Ille qui biberit vel comederit semina papaueri nig. patiet accidētia que patit qui opiū sumpserit: lʒ remissiora. Et cura ⁊ beʒoar idem sunt.

¶ De semine ellebori. Caplm. LIII.

Ille qui biberit vel comederit semen ellebori patiet accidentia que patietur qui succum aut radicem ellebori biberit. Et cura ⁊ beʒoar est una.

¶ De semine cicute. Caplm. LIIII.

Ille qui biberit semē cicute patiet accidētia illa que passus fuit qui succuʒ eius biberit: lʒ magis remissa. Et cura ⁊ beʒoar eadem sunt.

¶ De semine humidi coriandri. Caplm. LV.

Ille qui biberit vel comederit semia humidi coriandri patiet accidentia consimilia que patit q̄ succū eius biberit. Et ei⁹ cura ⁊ beʒoar sunt eadem.

¶ De semine serpentarie. Caplm. LVI.

Ille qui comederit semē serpētarie patiet stridorez ⁊ pūctionem gutturis ⁊ dētiū: ⁊ superefluationē ⁊ feruorē. ¶ Et eius cura est butyrū recēs bibitū. Et ei⁹ beʒoar est succus farine ordei decocte in aqua.

¶ De morsibus aut puncturis ab aliquibus animalibus venenosis. Capim. LVII.

Si vero aliqs morsus fuerit aut punctus ab aliquo animali venenoso ⁊ ignoret cuius sit punctura: tūc stringatur locus pūcture ⁊ ponantur sup ip uʒ vētose cum scarificatione: ⁊ suggat locus cū ore seruoꝝ: ⁊ deinde super locū ponant cancri triti. q̄ si locus venire ceperit ad corruptionez abscindatur membrū si fuerit locus aptus: aut membrum aptū abscisioni: q̄ si nō cauterizetur: nam quando incēperit locus denigrari aut putrefieri erit signum q̄ pūctura fuerit aialis pn ciosi: dū aūt nō īceperit tēdere ad putrefactionē ⁊ corruptionē: q̄uis sit vehemētis doloris cū nōdū sit ei velox perambulatio in corpore non est malum nisi punctura fuerit iuxta cor aut iuxta arteriam magnam.

¶ De morsu vipere. Capim. LVIII.

Ille vero quē momordit vipera summa medicinaruʒ ⁊ beʒoar ei est tyriaca magna: ⁊ fortassis cōfert metridatū ⁊ medicamē de asa fetida ⁊ butyrū vet⁹ ⁊ medicamē de herbo ⁊ comestio allioꝝ ⁊ potus vini puri.

¶ De morsu scorpionis. Caplm. LIX.

Mordicationi aūt scorpionum confert vaporatio olei ⁊ allioruʒ ⁊ tyriaca olei

tesseron ꝛ oleum atiquū linitū. Et eius beʒoar est corpus scorpionis contritum ꝛ superpositum loco.

¶ De morsu arancarum. Caplm. LX.

Mordicationi arancarum cōfert succus pomorū aut piroꝝ aut appositio ferri frigidi iterati. Et eius beʒoar est endiuia.

¶ De morsu rutele. Caplm. LXI.

Mordicationi autē rutele confert balneū calidū valde: ꝛ sepeliri i arena aut cinere calido: ꝛ bibere puluerem de nigella.

¶ De morsu apum. Caplm. LXII.

Mordicationi aūt apū ꝛ pūcture cōfert epithima cū bolo armeno ꝛ aceto ꝛ camphora: ꝛ qui manus suas ꝛ faciem succo malue abluerit: non pungetur ab apibus.

¶ De mordicatione animalium. Caplm. LXIII.

Si autem mordētia aialia aculeos aut dentes in locis morsis dimiserint: tūc opꝫ vt locus fricet cū oleo cinere ꝛ suauiter: deīde fiat emplm̄ sup locū ex fermēto cū oleo: ꝛ sic aculei vel dētes venenosi educent.

¶ De morsu canis. Caplm. LXIIII.

Si aūt aliqs morsus fuerit a cane: ꝛ dubitet vtꝝ fuerit rabiosus vel nō: fricetur bucella panis sub loco morsure: ꝛ deinde illā exbibeat alijs canibus quē si rēnuerit rabiosus erat: si ꝯo comederit mime. Signa aūt q̄ sit rabiosus pter hoc sunt q̄ canis linguā suā piciat extra ꝛ intromittat caudā suam iter coxas suas: ꝛ raucā hēat vocē: ꝛ q̄ abhorreat sanos ꝛ viros: ꝛ q̄ mordeat dn̄os domus sue: ꝛ oēs qui ei obuiant: ꝛ fugiāt ab ipso canes ꝛ qui morsus est nisi precaueat ꝛ curet infra 40. caniculares dies efficietur hydrofobicus. i. timens aquā: qđ est qꝛ ppter rabiem efficit siticulosus ꝛ appetit aquā: ꝛ cū viderit eā imaginabit canes esse in aqua: ꝛ moriēs siti pre timore imaginum canū fugiet aquā: ꝛ tunc nō est spes salutis: ꝛ quando pcesserit in egritudine efficit ꝛ ipse rabidus: ꝛ emittit sperma impolutiōe sua in modū catuloꝝ: ꝛ quādoqꝫ egerit illa in modum catuloꝝ: qđ est qꝛ imaginatio ꝯtinua quā hꝫ de canē sigillat in humiditatibus suis figurā canum. Et scias q̄ equus ꝛ mulus ꝛ asini ꝛ symia ꝛ homo patiunt rabiem circa maximū frigus aut circa maximū calorē. ¶ Et eius cura est vt super locū morsum ponant vētose cū scarificatione: ꝛ ponant desuper allium siue cepe tritū ꝛ confectū cū butyro vaccino: ꝛ sumat in potu electuariū cancroꝝ fluuialium ꝛ intret balneum omni die: ꝛ laboret in cura ethicoꝝ ꝛ medicoꝝ: ꝛ balneetur ante. 40. dies: in aqua maris. ¶ Et eius beʒoar sunt cancri fluuiales adusti ꝛ puluerisati ꝛ dati ex eis. ʒ. iii. in potu omnibus tribus diebus.

¶ De cantaridibus. Caplm. LXV.

Si aūt cātarides qs biberit patiet mictū sanguinis ꝛ estuationē ꝛ accīntia pniciosa. ¶ Et ei9 cura ē vt sumat in potu lac ouinū cū oleo amigdalino: deīde curent vlcera vesice. Et ei9 beʒoar erūt grana alkekēgi nūo. 10.

¶ De lacte. Caplm. LXVI.

Si aūt lac qs biberit fueritqꝫ coagulatū in stōcho patiet stōchi mollificationē ꝛ nauseā: ꝛ sudabit sudore frigido. ¶ Et eius cura erit bibē acetum fortissimum postea sumat de asa fetida. ʒ. j. aut de syrupo acetoso. ℥. j. vice vna post vicem.

¶ De assatura suffocata. Caplm. LXVII.

Si aūt qs comederit assaturā suffocatā q̄ inuoluit in pānis qñ extbit ex furno patiet vertiginē sīlēꝫ epilepsie. ¶ Et ei9 cura est vt euomat, ꝛ postea sumat in potu rob fructuū stipticoꝝ ꝛ zuccharū rosatū cum xyloaloes ꝛ mastice: ꝛ querat somnum ꝛ ingrediatur balneum.

¶ De piscibus frigidis. Caplm. LXVIII.

Si aūt qs comederit pisces frīdos qb9 post ei9 captionē advenerit vna dies aut duo: aut si qs carnes pridie vel ante tertiā vel quartā diem occisas aut morticinas aut percussas a fulgure ꝛ tēpestate mortuas aut morbo pestilētiali per ēptas: accidit qđ superuenire ex comestione maloꝝ fungorū. ¶ Et cura eoꝝ est vt euomat ꝛ sumat in potu vinum parū cum pipere: ꝛ curetur cura fungorū preter q̄ nō comedat pira.

¶ De cerebro gatte. Caplm. LXIX.

Ille cui in potu datum fuerit cerebrū gatte patiet stoliditatem ꝛ instrigiosus videbit. ¶ Et ei9 cura est terra sigillata ꝛ vomit9 cū ipsa oi mense bis: ꝛ accipe de ꝯfectiōe diamusci oi die summo mane. Et ei9 beʒoar ē muscus trit9 scropulū semis ꝛ det in potu cū vino albo.

¶ De extremitate caude cerui. Caplm. LXX.

Ille cui extremitas caude cerui data fuerit patiet accīntia napelli. ¶ Et ei9 cura est potio smaragdi scropulū semis triti dari in potu cum vino: ꝛ deinde fricat9 totius corporis cū oleo facto de semie citri. ¶ Et eius beʒoar est tyriaca magna. ʒ. ij.

¶ De sanguine bouino. Caplm. LXXI.

Ille cui in potu dat9 fuerit sanguis bouin9 vet9 patietur mortificationē ꝛ euomet vomitū coagulatū. ¶ Et ei9 cura est acetū acerrimū calidū: deinde vomitus: deinde tyriaca: deinde balneū aque calide.

¶ De sanguine buffonis. Caplm. LXXII.

Ille cui in potu datus fuerit san. buffonis patiet difficultatē anhelit9 ꝛ cardiaca accīntia: ꝛ si qs spatiū ipsi9 supserit erit ppe mortē: sic q̄ napellū biberit. ¶ Et ei9 cura ē potio smaragdi. ℈. j. deīde itrare corp9 aial. q̄drupedis magni vt ē bos: asin9 vl mulus vl equ9: ꝛ reiterare illud deide tyr^a. ʒ. ij. bibē. Et ei9 beʒoar ē lapis iuēt9 i capite buffōis q apd lapidarios vocat borax: vulgarit crepādie.

¶ De sanguine hois cholici ruffi. Caplm. LXXIII.

Ille cui in potu datus fuerit san. hois cholici ruffi extract9 in tpe rixe sue aut furoris i patiet furorem mētis ꝛ pmistionē itellc9 ꝛ inuerecūdiam: ꝛ deide paulatim exiccabit. ¶ Et ei9 cura est bibere aquā cucumeris palestini: ꝛ masticare grana ipsi9: ꝛ deglutire succū: ꝛ potare syrupū nenufarinū. Et eius beʒoar est trocisc9 vnus de tyro.

¶ De sanguine menstruo aut leprosi. Caplm. LXXIIII.

Ille cui sanguinem mēstruū aut leprosi biberit videbit eē pistrigiat9 ꝛ lunatic9 ꝛ maleficiatus ꝛ obliuiosus. ¶ Et ei9 cura ē potare margaritas tritas. ʒ. j. cū aq̄ mellis: ꝛ balneari i aq̄ tepida: ꝛ coire cū puella sꝫ legē ꝛ ꝯfabulari ꝛ āplexari cū puellis ꝛ iuuēculis. Et ei9 beʒoar ē comedē serpētes a qb9 caude ꝛ capita p palmū sit abscisa.

¶ De morsu hominis ieiuni. Caplm. LXXV.

Ille cui fuerit morsus ab homine ieiuno ponat super morsuram stercus galline: alioquin patietur vlcus venenosum ꝛ difficilis sanationis.

¶ De morso a serpente vllo. Caplm. LXXVI.

Ille cui fuerit morsus a serpente vllo: statim liget locū cū corio cerui: ꝛ deinde supponat tyriacā ꝛ de ipsa bibat: ꝛ circa cor apponat smaragdū ꝛ corallū: vel margaritas ꝛ locū morsure faciat suggi a seruo.

¶ De felle leopardi. Caplm. LXXVII.

Ille cui in potu datū fuerit fel leopardi patiet accīntia napelli ꝛ vipe. Et ei9 cura ꝛ beʒoar sunt vna.

¶ De salamandra. Caplm. LXXVIII.

Ille cui biberit salamādrā patiet accīntia cātaridarum. Et cura eius ꝛ beʒoar est vna.

¶ De lepore marino aut rana marina. Caplm. LXXIX.

Ille cui lep9 marin9 aut rana marīa data fuerit i potu hebit vomitū vnctuosū: ꝛ totū ei9 corp9 efficiet turgidū ꝛ iflatū sic hyposarcha ꝛ fetebit ei9 anhelit9. ¶ Et ei9 cura ē festin9 vomit9 cū butyro ꝛ aq̄ mell: ꝛ deide sumē p9 illō tyr^a diatesserō p tres dies ꝛ cibari carnib9 passeꝝ ꝛ potat bonū vinū. Et ei9 beʒoar ē caro vulpis assata ꝛ cōcisa.

¶ De morsu muris symie et gatte. Capitulum LXXX.

Qui vero a mure et symio et gatto morsus fuerit super morsuram ponat stercus galline et curet illud ut in morsu hominis ieiuni dictum est.

¶ De descriptione bezoartice virtutis ad unumquodque venenum et de duabus difficilibus questionibus. Capitulum LXXXI.

Bezoar antonomastice dicitur de quodam lapide qui sic vocatur. cuius propria et specifica virtus ad letale venenum est liberans a morte subito absque ullo medici ingenio: et ideo de omni medicina que liberare potest a morte hominem et ab aliqua egritudine vel veneno dici potest quod sit eius bezoar illius modi sive sit illa medicina lapis vel granum vel succus vel aliqua composita medicina. Et qui illum lapidem habet tutus est ab omni mortali veneno. Teritur etiam et datur in potu de ipso. ʒ.j. Et per ipsum dicitur fuisse liberatum regem Anglie dominum s. Adoardum in civitate Aaron quando vulneratus fuit per passiasinum soldani gladio toxicato. Hunc autem lapidem ei tribuit generalis preceptor templi. Et ego consimilem vidi. Est autem rubeus pulverulentus levis ut spongia et frangibilis ut gipsum. Habet autem quodlibet venenum tam minerale quam vegetabile et animale propriam medicinam oppositam cuius quidem oppositione virtute specifica fit liberatio mortis ab illo veneno. Et ideo bezoar est unicuique veneno illa medicina que absque virtute elementari curat tale venenum. Et de quolibet bezoar iam supra expedivi tractatum in cura cuiuslibet veneni in fine descriptionis ne sit amplius necesse recapitulare tractatum.

¶ De questione utrum tyriaca etc. Capitulum LXXXII.

Fit autem questio utrum tyriaca magna sit bezoar idest a forma specifica liberans a veneno. an materie elementaris liberans a complexione non a forma. Et voluerunt quidam dicere quod omnino erat bezoar fundantes se super ratione Galieni. qui cum Andromachum primum respexisset qui primo tyriacam invenit et eam probavit nunquam prodesse nisi in morbis frigidis propter oppositionem multarum rerum calidarum et in morbis calidis propter oppositionem multarum medicinarum frigidarum que in ipsa intrant: ex hoc dixit Galienus illam tyriacam Andromachi esse mediam a complexione: sed ipse adiungens carnes tyrorum et terram sigillatam fecit eam valere formaliter ad omne venenum: licet ad quedam plus et ad quedam minus: et ad quedam singulariter data et ad quedam cum additione. Alii vero dixerunt quod a complexione elementari agebat quecumque in corpore humano operatur fundantes super debilitate operationis sive aut penitus vanitate quando ipsa datur contra napellum vel contra viperam vel contra fel leopardi: et breviter contra quodlibet venenum letale secundum specificam formam in quibus parum aut nihil videtur conferre: ut dixit Rasis. ¶ Solutio autem huius dubitationis est quod curatio cuiuslibet veneni quatuor modis contingit. scilicet quia aut frangitur acumen veneni aut substantia eius resolvitur aut ipsum expellitur aut ipsum per oppositionem specificam corrumpitur: et ab eo eius virtus prorsus aufertur. Exemplum primi est opium quod frangit euforbium et castoreum quod frangit opium. Exemplum secundi est terra sigillata et allium que substantiam veneni aut per vomitum aut per sudorem resolvunt. Exemplum tertii est smaragdus que venenum fugat et attrahit usque in fine extremitatis membri. Exemplum quarti est forma specifica opposita veneno que in naturalibus invenitur ut in lapide bezoar: et in artificialibus ut in divina et nobili compositione tyriace ex permistione omnium singularium medicinarum simul confectarum resultante: et quia in tyriaca est virtus complexionalis multarum medicinarum venenum frangentium secundum oppositionem qualitatum et venenum resolventium et ipsum expellentium: ideo bene dictum est quod tyriaca est medicina complexionalis ad venena: et quia ex positione tali resultat res divina que potius est ab extra quam ab intus. scilicet forma artificialis que omni veneno opponitur. ideo et bene dictum est quod ipsa bezoar est venenis omnibus: licet magis et minus: et licet quedam sint magis bezoar ad quedam venena quam ipsa: verum ipsa est ad omnia: et ideo mater omnium medicinarum a medicis est appellata.

Aliud G. ponit A. 5. can. et vide Gentilem ibi.

Rasis almansoris Ca. 141.

¶ Petri de Albano de venenis liber finit.

¶ Petrus Cararius Vitali Lando militi splendidissimo. S.

Vi amoris gratia Vitalis Lando miles splendidissime artium ac utriusque iuris doctor excellentissime: Ego Petrus Cararius de monte silice materiam arduam ac difficilem in medicina aggredi non dubitavi: quoniam et illud utile satis in ea mihi visum tangi: quod ab aliis fere omnino sub silentio pertransitum. Verum quod et plus me promovet in hac materia determinata loqui fuit: quod quando transivimus ad libellum Conciliatoris de venenis: invenimus hanc difficultatem in eo libello promotam cum promissione dilucidationis eius: quod tamen ab eo promissum executum non invenitur: qua de re sive ardua rei difficultas cum hec fuerit aut mortis preventus aut altera: non desii admirari: et tanto amplius quanto me precesserunt tot viri illustres qui tamquam tenebrosi discurrere. Cumque etiam claritas ac magnitudo excellentie tui ingenii apud me comprehensa indubitata sit: ita ut eundem non humanum sed divinum prope in magna terrarum parte iudicatum sit non solum in uno genere disciplinae: verum circuens omnia et quanto magis speculabilia sint tanto circa ea innititur magis. Et ideo hanc mei amore suscipe et lege quia eam excellentie tue trado: ut si quod minus quam bene positum existat semper tue correptioni sublacere volo. Vale.

Queritur utrum possibile sit actionem veneni ad aliquem preciseum terminum limitari: sic quod venenatus ad illum terminum moriatur merito venenositatis et non ante. Et arguitur ad partem negativam primo sic. Venenum administratum corpori habet potentiam ipsius corporis humani corruptivam: et passum potest corruptionem recipere. ergo quando administratur pro tunc sive pro tempore suam perficiet operationem sive corruptionem consequentia patet. quia agente potente et subiecto disposito necesse est ut fiat actio si approximantur. Antecedens autem est Avicenne. 2o canonis. ca. 4. ubi dicit. Venenum est quod corrumpit complexionem humanam non cum contrarietate solum: sed cum proprietate que est in ipso. ¶ 2o arguitur sic. sit a. venenum quod nunc non interimit: sed interficiet usque ad annum sit tunc: et arguitur sic. a. per aliquibus mensibus non interficit: et postea interficiet. ergo aliquid de novo producetur in a. quando interficiet quod ante in eo non erat: quo dato cum illud non posse esse nisi certa qualitas. quero igitur a quo illa qualitas producetur sive sit caliditas sive frigiditas aut mala proprietas. non potest dici ab a. quia nihil agit in seipsum producendo aliquid quod non habet nec secundum totum nec secundum partem. neque potest dici a calitate corporis nostri primo quia nihil agit ultra gradum proprium et quia calitas non est frigiditatis per se causa productiva. tum etiam 3o quia nihil intendit sui ipsius corruptionem aliter esset calor naturalis: si pro tunc esset ipsius venenositatis per se causa productiva. ¶ 3o venenum administratum humano corpori ei et spiritui naturali contrariatur. ergo necesse est quod fiat actio. aut ergo potentia veneni superabit potentiam calitatis naturalis aut econverso: vel equabuntur aliqualiter. non 3m. quia ex eis produceretur una forma media aliquo modo ut ex friditate et calitate ipsa tepiditas vel viriditas: et sic nunquam fieret penamplius venenum ad terminum. nec est dandum primum: quia non ad terminum sed pro tunc veneraret. nec 2m quia tunc venenum converteretur in dominans: et sic finaliter nutriret corpus nostrum. Et confirmatur sic. non minor est proportio totius calitatis naturalis supra venenum corrumpendum et convertendum in tempore unius anni quam sit eiusdem supra paucam quantitatem in una die: sed paucam talis quantitas potest nutrire: ut dicitur sexta quarti de puella nutrita napello etc. Et confirmatur ultimo: quia illud venenum efficietur assuetum nature a quo amplius non patietur ut sumitur tertio de simplici medicina. distinctione 4a ca. p de illa muliere que ex assuefactione assumebat de iusquiamo sine nocumento quantitatem magnam. ¶ In oppositum est communis fama.

Tra. 1. di. 3.

Tra. 1. ca. 1. in fine.

Ueritas in

In ista questione pro eius declaratione erunt tres articuli. In primo ponentur notabilia quedam. In secundo conclusiones dilucidantes quesitum nostrum. In tertio erit responsio ad argumenta.

Quantum igitur ad p^m est p intelligendū ꝙ per venenum debemus intelligere illud qđ qualitercūqꝫ approximetur humano corpori est sue cōplexionis corruptiuū ⁊ hoc ꝓprietate sua: ⁊ hoc sonauit auctoritas Aui. 2° cañ. ͦ. allég. Ex quo infero aliqua dicta. Primuꝫ ꝙ aliqua dicunt venena calida ⁊ aliqua frida: similr sicca ⁊ aliqua humida ꝓbatur. qꝛ hꝫ ꝓprietas siue for^a veneni specifica ipsius cōplexionis humane ꝑemptiua aliquādo ꝯiūgitur cū frigiditate vt in opio: aut caliditate vt in eufozbio aut in humi^te vt in argēto viuo: ⁊ sic de alijs. ergo ⁊c̄. ℭ 2^m dictū aliqđ potest esse venenū. ⁊ tamē nulla erit q̄litas manifesta in illo multū excessiua siue nociua: ꝓbatur. qꝛ plus repugnant alicui extremo q̄ꝫ mediū: sed cū caliditate excessiua stat ꝓprietas specifica veneni vt in eufozbio. ⁊ similr cū frigiditate vt in opio. ergo ⁊c̄. Et tunc vltra. cum caliditate venenosa intēsa stat humiditas venenosa intēsa: ⁊ similr cū ea intēsa caliditate potest stare intēsa siccitas venenosa. ergo ⁊ mediū. ꝯsequētia ꝓꝫ quia maior est repugnātia extremi ad extremū q̄ꝫ extremi ad mediū. ⁊ tūc vltra arguit sic: extrema pñt stare cū medio. g̃ mediū poterit stare cuꝫ medio. ꝯña claraꝫ ꝙ maior ē repugnātia extremi ad mediū q̄ꝫ medij ad mediū: cum repugnātia medioꝝ nō sit nisi rōne extremoꝝ. g̃ 2^m dictū veꝝ. ℭ 3^m dcm̄ ꝙ impoīe est ꝙ venenū aliqđ sine calm̄ aut fridū. ⁊ sic đ alijs. excludet ab huiuscēmodi ꝓpe^te: ⁊ ꝰ stāre sub for^a veneni ꝓbat ꝑ declaratione veneni supius datā: ⁊ rōne arguit sic. Tyriaca ꝯfert oī veneno: ⁊ ꝰ nō rōne fridita^tis: cū sit mltū cal^a: g̃ ꝑꝑ ꝓpetatem. maior ꝓbat ꝑ expientiam in venenis calis serpētū ⁊ alioꝝ: ⁊ ē auctoritas Seraꝑ. ⁊ Halyab. 10. prac. Aui. 5° canonis. ⁊ Gal. ⁊ finalr oīuꝫ doctoꝝ appellātiū eā mrēꝫ oīum medicinaꝝ beꝫoarticaꝝ. Et cōfirmat. qꝛ si venenū esset nō rōne ꝓprietatis solū ſꝫ rōne q̄litatis manifeste ēt absqꝫ ꝓprietate: tūc sequeret ꝙ oīa q̄ ēēnt calida in 4° gradu ēēnt venenosa. ꝯñs ē falsuꝫ. qꝛ synapis ⁊ pip ponūt talia cal^a in 4° ⁊ tñ comesta multotiēs nullū iducūt in corpe nocu^m. ⁊ silr possumus dicere de opio egypti quo vtunt tāq̄ꝫ oleo in ptibus illis pro ꝯdimento. ℭ Ad istđ de opio fortassis rñderet ꝙ opiū egypti ⁊ de ptib^9 nrīs nō eodē mō ꝯstituta sunt: qꝛ illud fit ex semib^9 papaueris: aliđ vo ex gūmi qđ colli^r ex capitib^9 papaueri viridib^9. ℭ Sꝫ ꝯ: qꝛ dato adhuc ꝙ nō eodem mō ꝯstituat: tñ adhuc debēt ēē multū silis cōplonis: exquo ex papauere ambo ꝯstituunt. g̃ rōne friditatis siles deberēt facē lesiones: ⁊ lō dicerem^9 nos ꝙ istđ ledit: aliud vo nō: qꝛ i illo expoliata est sua ꝓprietas mala sic in arbore psica ⁊ trāsplātata. Et ꝯfirmat qꝛ aq̄ sūme frida in magna q̄ti^te admistrata nō mortificat: imo mltā fac̄ iuua^m: g̃ ⁊c̄. ℭ Rñdet ꝙ aq̄ frida est i actu formali friditatꝭ: ſꝫ venena sūt aliquo mō in actu v̄tuali cū actuatiōe idigeāt. Cōtra nihil agit nisi 2^m ꝙ in actu. g̃ nisi qđ potētiale efficeret formale ⁊ actualr fridū nūq̄ꝫ ēēt actio: g̃ mīxio nulla ⁊ 3^m dictū veꝝ. Et si ꝯ ꝰ allegarent auctātes doctoꝝ dōm ꝙ nō plus voluerūt q̄ꝫ sonat p^m dcm̄: ⁊ si alr ꝙ pro nūc nō acceptant. ℭ Intelligendū 2° ꝑ vlteriori manifestatione dictoꝝ nroꝝ: ꝙ talis for^a specifica a Phis appellata. siue ꝓprietas venenosa nihil aliđ est nisi nā q̄dā iuēta in qbusdā mīstis corporibus ꝓcedēs in eis a supna ⁊ plenissima īfluētia ꝑꝑ cōplonem ꝓpriā nō apta in corporib^9 nrīs mutari: imo nō cessat ab opōne sua donec corpus corrūpat. sicqꝫ igit hec ꝓpetas seq̄t cōplonē q̄ ex po^a deducit materie v̄tute supioꝝ ⁊ corpoꝝ celestiū. ⁊ nō solū rōne luminis ⁊ mot^9 tāq̄ꝫ vli impressione: imo ēt sine motu ⁊ luce ⁊ ꝓpe absqꝫ medij alteratiōe in suscipiēte ipressa ob aliq̄ ꝑticulari v̄tute stellaꝝ ⁊ ꝑticulari situ cāta: qđ apparet nō solū in venenosis: sed ēt in alijs vt in magnete existit virtus ferri attractiua ex polo artico. Ex quo appet ꝙ talia mīsta a suis supiorib^9 talē formā specificaꝫ recipiūt q̄lem meritū habent in diuersa mīstione elementoꝝ ⁊ coꝝ ꝓportione adinuicem. ⁊ hoc intellexit etiaꝫ Plato dū dixit. fm meritū materie forme dāntur ⁊ eaꝝ virtutes imprimunt: nō excludo tamē quī nō possit cōcurrere lumē stellaꝝ fixarum mediantib^9 lineis tales virtutes vehentibus. Ex qbus omnibus sequitur ꝙ ista ꝓprietas erit accidens. ꝓbatur. qꝛ qđ sequitur mīstionē elemētoꝝ ⁊ cōplexionēqꝫ ex mīstione consurgētem est accidēs. talis aūt proprietas est huiusmodi. ergo ⁊c̄. Maior est sumpta ex scientijs fundamentalibus: ⁊ minor supra patuit. Et confirmat qꝛ ipsa suscipit magis ⁊ minus quod refugit rationi substātie: qđ apparet in venenosis adhuc eiusdem spēi ortis in diuersis locis ⁊ regionibus: vbi aliqua sunt magis mortifera ⁊ aliqua minus. ℭ Sequitur 2° ꝙ sub genere qualitatis dꝫ collocari. patet ex dictis. ℭ Sed ꝯtra. illud nō est accidens qđ corrupto subiecto remanet in esse: ſꝫ corrupto subiecto remanet ꝓprietas venenosa: vt patet in carne tyri: qꝛ mortuo tyro adhuc remanet virtus multoꝝ animaliū peremptiua. ℭ Respondet p̄ 1 ꝙ si ponimus plures formas ⁊ gradus substantiales in composito: ꝙ lꝫ mortuo tyro corrupta sit for^a eius substantialis: remanebit aūt altera forma in carnibus tyri: ⁊ cōplexio quaꝫ ꝓprietas illa cōsequatur in tyro: ⁊ sic suū non fuit corruptū subiectū. Aut alr secūdo ꝙ corrupto tyro corrumpitur ⁊ ꝓprietas: ⁊ in carnib^9 tyri denuū ꝑꝑ silem dispōneꝫ materiei ⁊ alia silis introducit ⁊ altera ꝓprietas aialiū ꝑemptiua: aut ꝙ accidētia: lꝫ subm̄ denominēt non tñ in cōposito inherere fundant. ℭ Et nota ꝙ istud argu^m poti^9 cōuincit ꝙ talis ꝓpetas magis sit accñs q̄ꝫ substā: qꝛ in tyro viuo aut ēēt mā aut for^a aut cōp^m. nō p^m nec 3^m: vt liq̄t. nec 2^m: qꝛ tūc seq̄ret ꝙ corrupto tyro adhuc ēēt tyrus. Ex quo sua ēēt for^a sublalis que vnicuiqꝫ dat esse. ℭ Nota tñ ꝙ lꝫ sit vt supius dictū est: tñ non est credendū ꝙ huiuscemodi ꝓpetates iseparabilit ꝯsequātur sua subiecta imo pñt subiecta ꝑmanere corruptis ipsis ꝓpetatib^9: ⁊ ꝙ hoc sit veꝝ apparet in multis eiusdē spēi existīb^9 in diuersis locis: imo de vno eodē mutato de loco ad locūꝫ. apparet ēt in lapidib^9 ꝑciosis q olim erāt v̄tutib^9 mirabilib^9 insigniti. nūc aūt nō apparēt huiuscemodi v̄tutes. apparent ēt i figuris vel imaginib^9 artificialib^9 āt^iqs in opationib^9 quoꝝ nunc appar error. ⁊ cā oīum istoꝝ pōt esse aut rōne agētis vel coꝝ a qb^9 illa for^a ip̄rimit. nā cū illa sint extrinseca ⁊ vt añ dclaratū est: lō virtus est ad certū t̄pꝰ terminata: q̄ñ v̄tutes celoꝝ ad t̄pꝰ determinatū in formis ⁊ materijs sustentantur: aut ꝑꝑ indispōneꝫ materie cū distēperata complexione colligāte in ea formā ⁊ v̄tutes. cū aliquo nāqꝫ gradu distēperamēti corrūpet virtus dicta: cū quo adhuc non corrūpet forma ⁊ hoc apparere p̄t in tyriaca senescēte. aut ēt prouenire pōt ex parte loci: in quo ꝓducte fuerūt: ⁊ conseruabat: remouent. corpus nāqꝫ indi q̄ñ mutabit ad talē cōplexionem qualis est cōplexio sclaui aut infirmabit aut moriet. dixit Aui. ꝑmo cañ. ideo ex oib^9 narratis causis pꝫ possibilitas separatiōis virtutū a suis subiectis quibus inherent. ℭ Sed circa dicta dubitatur: qꝛ ex quo dictū est ꝙ q̄ñ huiꝰ ꝓprietas specifica venenosa coiungit cū caliditate: tūc vocat venenū calidū: ⁊ sic cū frigiditate vocatur frigidum venenū: ⁊ sic de alijs. Ex quo concludi potest ꝙ si a tali venenoso calido expoliaret sua ꝓprietas manēte eius caliditate manifesta: non plus illud noceret q̄ꝫ alliū aut piper aut aliud calidū. ⁊ silr si a venenoso frigido remoueretur sua ꝓprietas non plus noceret q̄ꝫ aqua aut aliud frigiduꝫ. iste tñ proprietates sunt diuersi gradus malignitatis. ideo aliq̄ venenosa sunt magis mortifera ⁊ aliqua minus. augetur tñ ēt malitia venenosi a qualitatibus manifestis. cū qbus alligat illa ꝓprietas. stante igit paritate male ꝓprietatis venenose cū equalibus gradib^9 qualitatū manifestarū in duob^9 venenosis: quoꝝ vnuꝫ sit calidū: aliud vo frigidū. q̄rit qđ erit peius ⁊ magis letiferꝫ. ℭ Ad hoc dubiū est rīsio quorūdā solēnium doctoꝝ ꝙ in casu predicto venenosa frigida sunt peiora calidis. ⁊ ꝓsupponunt ꝙ hu-

7. hae c. 8. cir. paci. c. 5. 9° pa. tra 1. ru. 6 ty. cir. pa. 3. de com. tyria. c. 4. cir. paci.

Doc. 5. c. 1. cir. me.

manuꝫ corpus declinās fit ab equalitate ponderali per ca-
liditatem ⁊ humiditatem vt sumi videt̄ de mēte principis
Auicēne in primo can. in q̄pluribus locis: ex quo suppo-
nunt secūdo ꝙ caliditas magis sit amica nature ⁊ pro ope-
rationibus conueniens q̄ frigiditas: ⁊ est auctoritas eius-
deꝫ in pluribus partibus ⁊ capitulis ab omnib⁹ allegata.
Ex quibus sequitur operationes vite magis imperfici per
venenuꝫ frigidū q̄ per calidum: quoniā imperfectio ⁊ ea-
rum operationum destructio ratione ꝓprietatis in ambo-
bus est equalis: sed ratione frigiditatis magis imperficiū-
tur q̄ caliditatis. ergo imperfectio ipsaꝝ absolute erit ma-
ior in frigido. Ex quo etiam sequitur in casu predicto ꝙ ci-
tius deueniet ad egritudinem cui administratū est frigidū
q̄ cui datū est calidū: sequitur etiam ꝙ citius ille morietur
cui datū est frigidū q̄ alter: immo qd̄ magis est ꝙ ille mo-
rietur ⁊ alter sanari poterit: pꝫ ex fundamento dicto. Et lꝫ
ista dicta sint apparentia: tamen oppositū est multū proba-
bile: ⁊ ex ꝯsequenti potest pᵐ presuppositū negari vt videt̄
esse snia Gal. 2° de complexionibus: qui ponit ipsam cōple-
xionem temperataꝫ maxime mediare: ⁊ vult ꝙ per sensum
tactus tanq̄ per veraꝫ regulam hoc cōcludatur: cōcurrēte
tamē aliquo rationis iudicio: quare non sentiet inquit: qua
si mistū cōpositum ex aqua feruenti ⁊ niue partibus equa-
libus ⁊ equalr̄ cōmēsuratis: ⁊ hoc q: est simile illi. ¶ Sed
adhuc illo concesso dicimus ꝙ non est verum ꝙ caliditas
absolute sit magis amica nature q̄ frigiditas: qd̄ probat̄:
q: acceptis corporibus duobus equaliter tēperatis: quoꝝ
vnum proijciatur in aqua calidissima, alterum vo in aqua
frigidissima. ⁊ apparet per expientiam ꝙ illud qd̄ ponetur
in aqua calidissima morietur cito: ⁊ alteꝝ nō. Item in vola
manus corporis tēpati pōt esse tāta frigiditas quāta est in
marmore aut in aqua frida vt appet eam tāgendo tpe hye-
mis: ⁊ nō pōt esse caliditas: q: destrueret̄ talis cutis in q̄ est
silis cōplo: sicut cōplo toti⁹ tēpata: ⁊ hoc ꝑ coalterationem
oium partiū: vt sumit̄ prima pmi: ergo absolute caliditas
nō est magis amica nāe: ⁊ iō pono ista dicta. ¶ Priᵐ ꝙ ali-
qua caliditas tēperamētū excedēs min⁹ est inimica nāe ac
discōueniēs q̄ cōsilis frigiditas ꝯsilr̄ gradualiter tēpamē-
tum excedēs: pꝫ q: opatio ⁊ vita in certa caliditate existūt.
¶ 2ᵐ dcm̄ ꝙ certa latitudo caliditatis versus partem intē-
sioreꝫ est magis vite inimica q̄ ꝯsilis frigiditas terminata
versus ptē itēsiorē: pꝫ ꝑ experiētiā: q: illa magis adurit ⁊ ē
q̄litas magis actiua. Ex quo sequit̄ ꝙ labētib⁹ eq̄liter duo
bus corpibus eq̄liter tēperatis vnū per caliditateꝫ aliud ꝑ
frigiditatē: ꝙ pmo vsq; ad certuꝫ gradū caliditatis vt duo
gratia exēpli. ⁊ frigiditatis vt duo deterius labet̄ qd̄ ꝑ fri-
gidū q̄ qd̄ ꝑ calidū: ⁊ postea ꝙ multo deterius incipit labi
qd̄ labit̄ vlterius ꝑ calim versus gradū vt q̄tuor q̄ qd̄ per
frigidū. Et ee ꝯn̄i ꝙ multo peius est absolute labi ꝑ cali-
dum q̄ per frigiduꝫ. ¶ 3ᵐ dictū sequens ꝙ venena calida
sunt peiora ⁊ deteriora frigidis pꝫ. q: nō dnr̄ calida aut fri
gida nisi q: in eis sunt ille qualitates multū intēse vel iṗro-
portionate: sed caliditas est magis impꝓportionata qn̄ est
multū intensa q̄ cōsilis frigiditas: ergo ⁊c̄. Et cōfirmat̄ q:
caliditas est magis aperitiua: ⁊ ex cōsequēti cā vt virt⁹ ve-
nenosa pertranseat ad iteriora: ergo venena calida erūt fri-
gidis deteriora debita paritate seruata. ¶ Tertio pncipa-
liter notādū ꝙ dictū est in diffōne veneni qualitercūq; ad-
ministratur ⁊c̄. Et hoc q: venena sunt dupliciter operātia:
aliqua sunt operātia mālit̄: ⁊ aliqua spūaliter. Illa agūt
māliter que ad intra sumuntur ⁊ aliquo modo a corpori-
bus nostris patiuntur. Illa vo operantur spiritualiter que
non manifeste actuantur nec alterantur a caliditate nostri
corporis. sed corrumpunt spiritus aut mēbra spiritualia ⁊
eorum operationes. Et hoc mediātibus speciebus intētio-
nalibus: que tn̄ species intentionales lꝫ habeant esse reale
in medio tanq̄ in subiecto existentes: ⁊ tanq̄ vere qualita-
tes reales: tamē dicunt̄ spūales ⁊ recipi sine materia: ⁊ hoc
aut q: tota ipsa species intētionalis est in toto medio: ⁊ etiā
ipsa tota est in qualibet parte medij ⁊ hoc quo ad represen
tationeꝫ: qd̄ pꝫ per exemplum in intētione ⁊ specie albedi-
nis que per paruum foramen totaꝫ representat albedinem
aut erit q: formaliter agens inducit aliquam formā in ipso
passo que non est similis forme inducētis: est tamen ipsius
similitudo: ⁊ ista est species que recipitur sine materia exi-
stens in medio: vt species coloris ac species ⁊ ipsa proprie-
tas veneni: que aliquando mediante visu ⁊ auditu inficit:
vt recitatur ab antiquis doctoribus de basilisco. aut odora
tu mediante: vt quidaꝫ qui venenati fuerunt ꝓpter odoreꝫ
maloꝝ fungoꝝ. similr̄ per gustum atq; etiā tactuꝫ: vt dicit̄
de milite qui cum lancea cum qua reguluꝫ serpentē occide
rat: venenatus fuit eam tangendo: ⁊ hoc non est nisi q: ipse
tales species intentionales venenose inficiunt spiritus visi-
biles vel audibiles: ⁊ illos ad quoꝝ organa deueniunt. de-
inde earum virtus mala ad cor portatur: ⁊ tandē corrum-
punt: ⁊ ex hoc pꝫ causa quare istud spūaliter operās est per
niciosius: ⁊ hoc quia minoreꝫ hꝫ resistentiaꝫ: ⁊ etiā q: alte-
rationem fere non patit̄ a calore nostro: sed subito agentia
⁊ corrumpentia: vt pꝫ in visu basilici. ꝓducitur etiā ad ma-
gnaꝫ distātiā: ⁊ pꝫ de duob⁹ serpentib⁹ recitatis ab Arist.
in libro de ꝓprietatib⁹ elemtoꝝ. Et nō solū ꝙ per visum: sed
ēt per odoratū: nec hoc dꝫ esse mirū: q: ēt tigrides ⁊ vultu-
res ꝑ plīa miliaria mediātib⁹ spēb⁹ odorabilib⁹ ꝑuenerūt
ad cadauera: vt sensit Auer. 2° de aia. ꝙ nō potuit esse nisi
spūaliter recipiendo: q: si cadauera illa fuissent ad rarefa-
ctionē talē reducta: sicut est ignis aut aeris rarefactio non
potuissent ad tātaꝫ distantiam fuisse realiter multiplicata.
Ex qb⁹ oib⁹ manifestū est q̄ mltis modis reges ⁊ pncipes
venenari pñt: ⁊ hoc ē qd̄ oi ⁊ legit̄ aliquos venenatos fuis-
se in sella equi: ⁊ aliquos ꝓꝑ aliqd̄ venenū clausū in aliquo
anulo aut i thalamo. Et iō multotiēs cōmoriunt̄: cui⁹ mor
tis cā sapientib⁹ est ignota. Et iō bn̄ dixit pnceps ꝙ multo
tiēs venit pestis cuius cā est occulta. ¶ Ultio pnuttēdum
est ꝙ lꝫ de rōne veneni sit esse peremptiuū: non tn̄ de neces-
sitate est ꝙ assumēs venenuꝫ actualiter pereat: ⁊ h̄ q: actio
veneni multis modis pōt ipediri. vꝫ. pncipalr̄ ⁊ ex ꝯn̄ti rō-
ne ꝯditionū ꝑticularium cōcomitātiū ꝓpetatē veneni. Prin-
cipaliter vo rōne for⁹ besoarticē: siue vtutis totalr̄ ⁊ eēntia
liter ꝯtrarie venenose ꝯale ⁊ eius corruptiue: siue sit virt⁹ ista
in re simplici: vt in plātis mltis aut mineralib⁹ vel in alijs
vt lapide besoar appellato aut lapide prassio aut buffo-
nis ⁊ draconides ⁊ in adamante ⁊ hyacinto ⁊ saphiro ⁊ in
multis alijs: sicut pꝫ auctoritate Auicēne in suo de lapidi-
bus: de qb⁹ ēt oib⁹ has ⁊ alias i eis assignat vtutes Alber
tus magnus in suo de mineralibus: ⁊ hoc ēt siue ista vt⁹ sit
in cōposito: cuius sit cōplexio 2ª ex mistis resultata: vt in ty
riaca ꝓꝑ fermētationē eoꝝdeꝫ: ⁊ metridato ⁊ alijs: q̄s me-
dicinas cōponere sciūt hoīs ꝑfecti igenij cū intelligētijs cō
iuncti quib⁹ fit reuelatio diuina misericordia dei ꝓꝑ salutē
nr̄am: cui laudes sint infinite. Potest etiā esse ista virtus in
aliquo simplici cū qbusdā verbis collecto aut rōnibus cer
to puncto ⁊ tpe ꝓlatis: ꝙ tūc cōsurgit virtus ꝑniciosa val-
de. Et hoc qdē euenit rōne aie affectuose proferentis talia
verba: cū ꝓꝑ excessiuam imaginationē fertur grandi impe-
tu ⁊ cetera ei obediūt vt vꝫ sentire Auicēna in sexto natu-
raliū. vel q: talia verba cū qbusdā conditionibus ꝓlata
ab aliquo spūali recipiūt virtutē: sicut ⁊ ego in morsu vipe
re venenose ⁊ vulgari sermone appellate el marasso ocula-
ta fide percepi: cui egrotanti ab vno veneto datus fuit cya-
tus vnus aque putei cum puluere terre cum quibusdā ca-
racteribus ⁊ verbis in terra eadē scriptis ⁊ ꝓlatis: quib⁹
potatis subito euomuit: ⁊ ex hoc inde cōualuit: ⁊ antea ꝓꝑ
intensissimos dolores languebat. Potest etiam esse talis
virtus in aliquo simplici cui artificialiter fit aliqua imago

a. p. doct. 6. c. 3. cir. medium.

C. 3i in pn.

2 cōpl. ca. 9. pᵉ pn.

doc. 3. ci. post pn.

cō. 47. in me.

1. 3. doc. 5. c. sing. ... a. 4. 1. tra. 4. c. 1. post pn.

L. 6. 4. c. 4ᵒ me.

impressa: vt q est illo naturali ⁊ artificiali perficiat vnum
habens virtutē beçoarticā : sicut recitat Alber. alemanus
in suo libello de imaginibus. vz. q imago astri serpentarij
alicui lapidi pcioso isculpta venena fugat oia : ⁊ valet ↄtra
morsuz oium venenosoꝝ: ⁊ maxie si ex rasura eius aliquid
bibatur. imago autē taliter est insculpta. vz. vir serpēte cin/
ctus cuius caput manus dextra tz sinistra vo caudā. credo
tñ q si lapis erit de superius narratis aut alijs habētibus
ex se ꝓprietatē cōtra venena : ⁊ tūc sit insculptus ⁊ pfectior
reddetur: ista igit sunt que pncipaliter ipediunt operatio/
nē veneni. Illa xō que impediūt ex cōsequēti eiusdē opera/
tionē ratione suaꝝ cōditionū: sunt aut q frangūt suas acui
tates: vt euforbiū ⁊ alia calida frangunt ab opio ⁊ eꝯuaut
q resoluūt substantiam in qua fundat virtus venenosa: vt
allium ⁊ alia ꝓuocatiua: aut q expellunt ad extra: vt dici/
tur de terra sigillata: aut forte q constipat ⁊ cōstringit po/
ros: vt ius penetrare non possit : vt bolus armenus. ⁊ hec
q̄si oia pñt accipi ex sentētia principis Auicē. sexta quarti.

Cap. 4.

Quātum ad secunduz articuluz ponit ↄ quorūdam. q lz
venena ad se inuicez diuersificent in tardicate ⁊ velocitate
interemptionis: attñ non est possibile vt ad certū precisum
terminum limitent: ita q nec ante nec post. sed in illo vene/
natus moriatur. ℂ Prima istius ↄnis apparet per superi⁹
narrata: q in venenositate omnia nō sunt equalia siue gra/
dus eiusdem: secūde declarat. q omnis actio naturalis ali/
cuius variatur tā ratiōe dispositiōis passi q̄ ratione agētis
modo cū possibile sit passum diuersimode dispositū esse tā
ratione dispositionuz manifestaꝝ q̄ ꝓprietatuz insequētiū
materiā: ita q vna res iuuet vni ⁊ noceat alteri eiusdez cō/
plexionis: ⁊ similr illud qd est venenuz vni nō est alteri: ⁊ si
est venenū nō in eadē dosi. ergo erit impole taiē terminū sic
metiri pcisuz. ℂ Sed ↄ istā ↄnez arguit sic. Pole est vt ve/
nenū taliter alicui administret cū aliq̄ rōne mirāda ⁊ ma/
xima affectione explicata ad limitatuz tps determinata vt
oēm resistentiā p tūc passi superet. ergo in tali determinato
tpe suā precatiuā pficiet opationē. ↄñia pz. assumptū autē
ꝓbat. q min⁹ nobile subiacet ⁊ obedit magi nobili: sz aia
affectuose explicās talia xba veneno adiūcta est nobilior
alijs reb⁹ cū sit ipsa ↄstās ex nobilib⁹ pncipijs. mā autē cor
poralis non sōr ipsa mā mundi ei aie obedit. Et ↄfirmat: q
nō minus pñt operari xba taliter explicata ad bonū q̄ ad
malū cū sint opposita: sz p expientiam apparet q operātur
ad bonuz vt incantationes que fiunt pro sanatione vulneꝝ
⁊ egritudinū ⁊ multaꝝ aliaꝝ reꝝ: vt tradit etiā Cōciliator
dña. 166. ergo ⁊c. Et h idē ↄfirmat auctoritas Aui. 4° sexti

Cap. 4. v° medium.

nāllum : vt pz intuenti. ℂ Rñdetur primo q lz aia ipsa sit
multū nobilis: tñ nō pōt aliquo pacto agere in māni extrin
secam. Uerūtñ ipsa aia pōt in suomet corpore aliquā exci/
tare opationē: ⁊ hoc mediante magna phantasia ipsum ta/
liter disponere vt spe accepta ab incantante fiat aliqua sa/
natio: ⁊ nō aliter q̄ mediante forti imaginatione: ⁊ hec re/
sponsio colligit ex snia Arist. ꝓblematū pticula. 7. ℂ Sed

Col° pbl. quinto.

ↄ. aliqua incātatio pōt mediāte bono angelo bonuz opari:
ergo aliq̄ silr poterit ad malum opari mediante sacrificio
facto a vetula: quas facili⁹ decipere pt malus angelus. s.
demon. ℂ Ad hoc forte diceret fm sniam Aristo. non esse
veruz q sint demones nec alij angeli : ⁊ hoc. q vt appet ex
12. metaphy. preter aiam intellectiuaz ⁊ subas separas mo/
uentes orbes ⁊ ipsuz deum bñdictū nō sunt alie sube spūa/

Col° ate. cōmē. 41. vsq ad. c. cō. 47.

les. Ideo nō erunt iste incantationes nisi sicut sensuuz delu/
siones. ℂ Sz ↄ. illiteratus subito factus fuit litteratus: vt

Col° pti° 30. pbl. 1.

ipse in ꝓblematib⁹ recitat Ari. ⁊ est famosum apd multos
⁊ nō pōt reduci in aliquam verā cām nālem: vt liquet intel/
ligenti: ergo ⁊c. ℂ Itē inter subam separā ⁊ aiaz humanaz
sunt multi medij gradus pfectionis. ergo poterūt eē multe
for°. ↄñia pz intelligēti. ℂ Et confirmat auctoritate Plato.

vt narrat Apulleius: ponētis demones multos habitātes
⁊ ↄuersantes nobiscū: qui ēt videnť ad nos attēdere ⁊ xbis
nostris ⁊ caracterib⁹ turbari ⁊ placari: ⁊ h ꝓbat cōis fama
⁊ aliq̄lis experiētia: ⁊ forte eēt dōm iuxta hoc q opatio ꝓ/
pria istoꝝ spirituum esset intelligere particularis ⁊ vlia: lz
imperfectiori modo q̄ ipse itelligētie: attñ perfectius ac ex
cellentius q̄ aia humana: q nō sūt corpori applicati. si aūt
sunt eiusdez spēi inter se vel nō. est cōis questio etiā ad alias
ideo ⁊c. ⁊ forte omissa ista respōsione posset 2° aliter respō/
deri tenēdo ipsam cōclusionem. vz. q intelligit merito esse
ctus naturalis ipsius veneni. nā argumentationes ante for
mate bene ꝓbant q ad certum determinatū tempus datur
venenū: sed nō ratione naturalitatj ipsius veneni: sed ꝓpter
aliquid supnaturale additum illi. ideo adhuc stabit cōclo.
ℂ Sed cōtra hanc respōsione arguit sic. Non minus possi/
bile est naturalr q aliqd venenū ab extra approximatum
in tēpore terminato. vz. sex mensiū vel vnius anni suaz per/
ficiat operationē q̄ materia vna venenosa vel nō venenosa
existens in pede vel in capite ducatur in tāto tempore deter
minato ad maluz graduz putredinis: ⁊ moueat ad mēbrū
nobile in quo actiones perficit lesam. sed primuz est possi/
bile. ergo ⁊c. cōsequētia patet : ⁊ prima pars ꝓbatur: q in
ambobus est ratio similitudinis. sicut enim in vno materia
mouet ad malū gradū putredinis ita ⁊ i alio. ⁊ sicut ad mē
brum principale: ita ⁊ in alio. ℂ Scōa autē que fuit minor
assumpti declarat : eo q possibile est q vna certa materia
accumulet in pede vel crure ⁊ post determinatū tēpus du/
catur aut ꝓcedat ad caput siue cor ⁊ pro tunc cāťur epilia si
ue apoplia: que pñt esse egritudines piodice: ⁊ totū hoc su/
mit de mente pncipis Auic. 3. cañ. ℂ Silr ēt argui potest
de mā asmatica fluēte a capite periodice ad pulmonē vt su/
mit ex snia eiusdē qd totū sentit Auer. 6. collz. ⁊ confirmat

Troc. sen. 2 ctr. me. Sen pme 3. 10. trac. 1. capi. 30. col° ca. 3° in medio.

Cōciliator dña. 125. ergo parisormiter si in vulnere aliquo
aliqs expert⁹ ⁊ malign⁹ poneret aliqd venenū poterit illd
esse talis cōditionis q ita tāto tpe ad mēbruz pncipale erit
motūr: nō apparet eē multū inconueniēs: q reperit aliqd
venenū magis maluz q̄ mā illa: que piodice facit epilesiā:
⁊ aliqd minus malū. ergo aliqd eq̄le cū alijs cōditionib⁹.
ↄñā pz: q vbi dat magis ⁊ minus nō inconuenit dari eq̄le:
ideo ⁊c. ℂ Et cōfirmat per expientiā in vno epo Brixiensi
qui morsus fuit a cane suo paulo in digito: ⁊ post multum
tps rōne illius deuenit in rabiē. q etiaz p perfidū exptū fie/
ri posset administrādo: siue ab intus: siue ab extra venenuz
filis dispōnis. ℂ Et si diceret q h eēt difficile : ⁊ quasi non
credibile. Rñdet q nō fuit minus difficile Andromacho
cōponere tyriacā ex tot mistis cōpositā p fermētationez ad
vnā formā reductā q hz etates sicut corpora viuētia: in qui
bus in vna stupefacit. vz. in iuuētute: in alia resoluit ⁊ ↄ ve
nena opat: ⁊ sic de alijs: ⁊ tñ certi sumus hoc factū fuisse: iō
difficultas rei nō arguit ipossibilitatez imo ↄriuz. ideo pp hec ⁊
alia ponitur hec scōa ↄclusio. vz. q siue venena sint operā/
tia nāliter siue spūaliter: possibile est vt ad terminatuz tps
limitentur. Istam ↄnem probant argumenta tacta contra
primaz cōclonez. Et cōfirmatur: sicut pole est q reperiatur
vna res que cōtra venenū existēs: illud nobis sua proprie/
tate demonstret si appresentatū fuerit nō repugnat inueni/
ri alterā que opationē veneni ipediat: sz pmū est vt legit de
cornu serpentis ⁊ lapide prassio: q cū in eoꝝ psētia sit posi/
tum venenuz rorē emittere videnť. ⁊ silr lapis buffonis in
anulo pforato taliter q lapis digitū tāgere possz: ita q cuz
appresentatū fit venenū miro modo supercalefacit partem
digiti quaz tāgit. 2m igit erit possibile. quo dato ponat aliqd
quod venenū agere nō posse : q ab aliquo tali ipeditū: re/
moueat igit impediens ad libitum alicuius. ⁊ sequitur cō
clusio. Et confirmatur auctoritate Alberti de mineralib⁹.
libro secundo. tractatu scōo. capi. primo. qui dicit q lz ma/
gnes attrahat ferrū: tñ adamas ipedit ne ferruz a magne/
te trahatur:

te trahatur: sed remoto adamāte remanebit eiusdē virtus attractiua. ergo ꝯclō scōa vera. ¶ Tertia cōclusio sit ista: ꝙ possibile est vt venenū taliter preparetur: vt si ad intra nāliter administret suā operationē perficeret in duob⁹ aut tribus diebus: sed mediante tali preparatiōe trāsibit illos dies ⁊ plures. ista ꝯ pꝫ intelligenti preparationes medicinales: eo qꝺ idē cibus siue eadē caro ꝑparata cū synapi in pauco tpe digerit .s. in septē horis: vbi si comedat cū acresta nō digeret in decē. Silr apparet in medicinis solutiuis: vn̄ Mesue de ꝯsolatione medicinarū ponit medicinas tardesolutionis vigorari in multis que ꝑmista velocitāt illā. vt mel vigorat oꝑationem aque lactis ⁊ zinziber oꝑationē agarici. ⁊ ita possunt misceri aliqua earūdē operatiōes retardantia: quare etiā medici docēt ꝙ qn̄ administrant medicine pulmonis cū eis admisceant res que habeant diutius tenere virtutes illarū. Nā cū via ad pulmonē sit multum lōga: virtutes earūdē inuatiue resoluerent. idō ponunt vt retineāt. ¶ 4ª ꝯclō sit ista. Posse esse itelligētē phiam ⁊ astrologiā ꝙ taliter alicui exhibeat venenū ꝙ rōne ei⁹ ducetur ad mortē vsqꝫ ad decē annos vel circa. ꝯ ꝓbat: quia talis ꝑfecte sciens intelliget quātitatē humidi radicalis ⁊ qualitatē ⁊ oēm fere ei⁹ dispōnē. ergo ex ꝯñti terminū vite eius: qꝛ rōne ꝯsumptiōis humidi est calidi extinctio ⁊ ꝯñr mors: vt inquit Arist. in lib. de morte ⁊ vita. sciet etiā dispositiones influentiarū superiorꝫ pro termino vite. ponat igitur ꝙ sciat ipsum viuere vsqꝫ ad quadraginta annos ⁊ regatur regimine cōseruatiuo: exceptis ꝙ illi administret venenum in tpe viginti annorꝫ exiccatiuū certe q̄ntitatis humidi: ⁊ sic pꝫ ꝙ ꝑt istud humidū exiccatū abbreuiaret vitam ꝑ decē annos. post tps igitur decē annorꝫ a tpe administrationis veneni morie. ille igitur morietur in triginta annis ⁊ nō fuisset mortuus nisi in annis quadraginta. ergo cōclusio ꝟa. Et istā ꝯnem intellexit Aui. 4. 4ⁱ. ca. 2º. quādo dixit: omne quod interficit cū ꝑmutatione cōplexionis aut cum aduentu super mēbrum possibile est vt sit aduentus post tps ipsius effect⁹. Ex quo dicto correlatiue sequit ꝙ non est incōueniens aliquos esse venenatos qui cōtinue exiccando procedant: ⁊ tales appellantur apud vulgares herbati siue strigati. ⁊ ex ꝯñti apparet qualiter venenū ad terminari posset: a quo sua bonitate imensa vir magnanime te preseruet altissimus ⁊ vitam tuā prolonget.

Istud ope/ patet ex dictis de veneno c.1.p⁹me.

Tra. p̄mo.

Quantum ad vltimum

lꝫ ꝑ magna pte appareāt respōsiones ad argumēta ꝑncipalia. ¶ Ad ꝑmū tamē rn̄det ꝙ lꝫ venenum qꝺ administrat siue ad intra siue ad extra siue nāliter siue sp̄ualiter hꝫ ex sui nā cū cōparatiōe ad corpus nostrū ꝙ in terminato tpe suā incipiat ⁊ finiat oꝑationē. at tamē multotiēs ⁊ multis modis sue actiones pn̄t ipediri ⁊ tardari: atqꝫ ēt totalr corrūpi vt patuit ex supradictis. Et lꝫ venenū sit humane nature corruptiuū: nō est necesse ꝙ actualiter semper occidat. ¶ Pro rn̄sione ad 2ᵐ notandū ꝙ in veneno multa reperiuntur. vꝫ. ipsa ꝓprietas dicta. itē frigiditas si est venenū frigidū ⁊ caliditas si est calidū ⁊c. Et oīa ista talia ante operationē sunt in potētia operandi. vꝫ. interficiendi: infrigidandi ⁊ calefaciendi. verꝫ tn̄ ista potentia nō est equalis: imo vna magis propinqua ⁊ habitui magis coniuncta ⁊ alia magis remota. ideo aliqua citius suā operationē ꝑficiunt: vt sp̄ualia ⁊ alia: ⁊ quedā tardius. sed quocunqꝫ sit necesse est si debent actualiter oꝑari ꝙ de potentia ducātur ad actum: lꝫ in sp̄ualiter operātibus hoc non multū appareat. remanet igitur difficultas a quo ducatur ad actū. nā si est mala proprietas nō ducit ad actum a calore nostro: qꝛ per se ꝓduceret aliquid qꝺ ipsū corrūperet: qꝺ repugnat ꝑncipio phie. nec ab ipso venenoso: qꝛ nihil agit in seipsū: ⁊ etiā istā malā ꝓprietatē prius nō habebat: ⁊ etiam si est frigiditas vt in opio: non vꝫ a quo ipsa tribuatur: qꝛ non ab opio: qꝛ ad tactum nō percipitur talis frigiditas: imo qꝺ plus est assumpto opio si vomeret perciperetur calidū aut tepidū. nec a caliditate nostra: quia nō est aliquis modus quo caliditas frigiditatē generet. Et etiā si est caliditas nō appareat a quo generetur: qꝛ nō ab euforbio gratia exēpli: qꝛ ad tactū est frigidū. nec a calore nostro: qꝛ illa caliditas generata in euforbio est maior q̄ꝫ sit caliditas nostra. ⁊ idō mirū est qūo venenū qꝺ ante nullā operationē faciebat: nec nihil ex istis ꝑcipiebatur. ⁊ postea facit illas a qua cā hoc facit: qua de re rationabiliter est magna discordia inter sapiētes. ⁊ Conciliator differentia. 140. iꝓbat opinionē Gal. ⁊ Auer. ⁊ loquendo de calido ⁊ frigido vult ꝙ tale de potētia reducat ad actū ꝑ viam antiperistasis. de ꝓprietate autem venenosa nihil dicit. ¶ Et ideo pro nūc pro respōsione ad argumētū fundādo supra sententiā Gal. pono ista dicta. ¶ Primum. ꝙ omne venenū calidū in potētia vel frigidū vel interemptiuū est productiuū sui effectus respectu cuius dī talis in potētia ꝑ suā ꝓpriā cōplōnē. istud dictū probat: qꝛ omne mistū cuius forma ordinat in aliquā operationē nāliter hꝫ instrumentū cum quo illa forma debet suā operationē ꝓducere: sed omne venenū est hꝺ respectu operationis in humano corpore ꝓducende. ergo omne venenū potētialiter tale hꝫ instrumētū cū quo potest eius forma in humano corpore operationē suā agere. sed tale instrm̄ nō est aliud q̄ꝫ complexio eius ꝓpria cū suis ꝓprietatibus ornata. ꝯñtia nota est. maior pꝫ in oīb⁹: qꝛ grauia hn̄t grauitatē: ⁊ leuia leuitatē: que sunt instrm̄ suorꝫ motuū. s. sursum ⁊ deorsū. ¶ Et cōfirmat: qꝛ per saporē ⁊ odorē ⁊ colorē venimus in cognitionem calidorꝫ ⁊ frigidorꝫ: vt inquit. A. 2. can. sed iste sunt qualitates scōe ꝑ quas nō possumus ferre iudiciū nisi supra cōpsōnē illorū: que cōplō lꝫ nō sit q̄litas pª sed scōa: est tn̄ ꝓductiua per suā virtutē caliditatis ⁊ siccitatis. ⁊ sic de alijs. ¶ Scōm dictū. ꝙ venenū nō recipit aliqꝺ ꝑncipale ꝑncipiū aut instrumētale a calore nostro pro sua oꝑatione dum actuat: pꝫ qꝛ anteq̄ꝫ actuetur hꝫ formā ⁊ cōplōnē cū ꝓprietatibus. ¶ Tertiū dictū. ꝙ tale a calore nostri corporis preparat mediāte diuisione: vt ad actū ducat. pꝫ qꝛ nō alio modo: vt ꝓbatū est. sed mediāte ista diuisione melius ad mēbra sit penetratio: imaginemur igitur ꝙ aliqꝺ venenum aliqn̄ ducetur de potētia ad actum: qꝛ vel ad formam que est actus ꝑmus: ⁊ hoc a calore nostri corporis. Scōo qꝛ ad corꝫ operationē recipiāt aliquod instrumētale essentiale ꝑnᵐ per qꝺ agant. aut 3º ꝙ recipiūt certā dispōnē per quā conuenientius agant: ⁊ sic dicimus ꝙ calor noster nō operatur nec ꝑ nec 2º: sed 3º modo. ⁊ hec vꝫ intētio Gal. 3º de complexionibus ⁊ ꝑmo ⁊ tertio de simplici medicina. ¶ His presuppositis respondeo ad argumentum ⁊ totā difficultatem ꝙ. a. venenum nunc non interficit qꝛ impeditū aut aliter vt supra: interficiet tn̄ vsqꝫ ad annū. ¶ Et qn̄ vltra arguitur ergo aliqꝺ de nouo ꝓducetur in. a. quādo interficit. ¶ Rn̄detur distinguendo ꝑ dicta: qꝛ aut intelligis ꝙ producatur aliqꝺ nouū tanq̄ꝫ accidētale ꝑncipiū actionis: ⁊ sic ego cōcedo: qꝛ ꝓducitur aliqua tepiditas: raritas ⁊ diuisio: sed si intelligas ꝙ ꝓducat aliquod nouum tanq̄ꝫ essentiale ꝑncipiū vel ꝓpriū illi instrale. sic nego illam consequētiā: ⁊ dico ꝙ lꝫ ista actualiter nō interimant: nec calefaciant: nec infrigidēt: qꝛ nō habēt istas q̄litates actuales. habēt tn̄ ipsas virtuales: ⁊ hoc nullo mediante essentialiter nisi cōplexione ⁊ forma illius veneni: que nō est actualiter talis: sed est in potētia virtuali: tn̄ ꝑꝑ calorem nostrum ducitur ad oꝑationem. in ista tn̄ mā occurrerēt noue phantasie: sed de hoc al's. ¶ Ad tertiā pꝫ responsio per supradicta. eo ꝙ pōt administrari venenū qꝺ non faciat actionē suā: nisi in illo tēpore: aut qꝛ impedief: vt dicit scōa cōclusio: aut qꝛ retentum in aliquo loco paulatim auget sua malitia: ⁊ paulatim mouet ad cor: ⁊ stabit ꝑ multū tps anteq̄ꝫ aliquādo suā oꝑationē perficiat: aut qꝛ diuersimode ꝑpa/

tra.1.ca.3 car.p̄m.

Ca.1.post mediu. dist.2.c.3. post princ. Dist.4.c. 2.car.p̄a.

ratur: vt dicit tertia conclusio. ideo prima 9ñtia non valet.
¶ Ad confirmationē rñdetur ab aliquibus negando mi/
norem: qꝛ impoꝛe est ꝙ ex veneno aliqua nutrita fuerit: qꝛ
inter venenum ꝛ corpus nostrū nō currit aliqua familiari/
tas siue conuenientia que requirit inter nutriēs ꝛ nutritū:
vt sumitur primo canō. ꝛ ex 9ñti illa puella non fuit nutrita
napello sed assuefacta ei vt eius humiditates remanerent
infecte ꝛ interficerent. ¶ Sed contra istam responsionem
instatur sic. qꝛ repugnat Gal. ꝛ Auic. qui ponūt ipsaꝫ puel/
lam fuisse nutritam napello. Item repugnat experimentor:
qꝛ plante ꝛ fructus multotiens sunt venenati tpe pestis vt
sumitur 2° primi ꝛ tamē nutriunt. Item nō soluit argu^m: qꝛ
dato ꝙ illud venenum nō nutriet. arguit sic in minori. sed
illa pauca quātitas nō iterficit. ergo in illo tēpore nec illud
interficiet: ꝛ sic stabit ratio. ¶ Et ideo aliter dicatur sup/
ponēdo ꝙ nō sit inconueniens in aliquo reperiri aliqd qd
habeat rationē cibi ꝛ in eodē qd habeat rationem veneni:
vt si vnus ꝛ idē cibus administratur vni erit ei cibus con/
ueniens vt fungus gratia exēpli. ꝛ in alio erit venenū mor/
tiferū. ¶ Supponēduꝫ est scdo ꝙ duplici mō homo posset
se disponere quātū spectat ad propositum vt non patiatur
a veneno. primo per paulatinā assuefactionē ꝙ vna dispo/
sitio efficiatur naturalis: que si subito imprimeretur esset
ipsius corporis corruptiua: eo modo quo allegatū ē supra
de cōplone indi respectu scitui: pꝫ ēt de muliere que sume/
bat iusquiamuꝫ sine lesione 3° de simplici medicina. Scdo
modo per virtutem beçoarticam acquisitā arte vel natu/
raliter. vt puta de metridate qui per visum medicine quaꝫ
metridatū appellamus se securū reddidit ab vsu venenoꝝ.
Patet etiā de illis qui pdicāt eos eē de domo sancti Pauli
qui comedunt serpentes ꝛ tangūt ꝛ punguntur absqꝫ aliq̄
lesione. Et Auicē. nominat vnum qui se sine lesione serpen
tibus obijciebat: ꝛ nos vidimus vnū de illis qui innume/
rabiles habebat serpentes malos quos tangebat ꝛ nō le/
debatur ab eis ꝛ ipse vendebat panem quem appellabat
panē sancti Pauli. Ex quibus sequitur ꝙ possibile est ꝙ
aliquis veneno nutriatur. primo per assuefactionem. 2° qꝛ
vna ꝛ eadem res potest habere rationem cibi ꝛ veneni: iō
illa res potest a sua venenositate expoliari: ꝛ sic ex ea cor/
pus nutritur. Ex quibus sequitur etiam ꝙ illa puella fuit
vere nutrita napello: ꝛ vlterius ꝙ illa venenosa dispositio
per quā alios osculando venenabat erat ei naturalis. seq/
tur vlterius ꝙ ipsa erat venenum: qꝛ quicūqꝫ cum ea cōmi/
scebātur venenabātur. Et vltimo sequit posse esse duo in/
diuidua aut plura humane speciei habētia ppietates spe
cificas cōtrarias ꝛ plura alia speculāri facilia. ¶ Sed cō/
tra supradicta est forte argumētum dñi Auer. 7. colliꝫ ꝛ in
epistola de tyriaca ad Glaucunē. vꝫ. ꝙ idē esset hō ꝛ nō hō.
probat sic: exiens hois latitudinem nō est hō: sed supraseri
pta puella venenata exijt humanaꝫ latitudinem. ergo non
est homo. maior sumitur ex pmo canonis. minor pbatur:
qꝛ tota humana cōplexio forme veneni extremaliter 9ria/
tur: sed ex quo illa puella nutritur napello siue veneno seq/
tur ꝙ inter ipsaꝫ ꝛ illud cadat siītudo quedā: ergo si simi/
latur illi forme extremaliter 9rie forme humane: dissimila
bitur humane forme: ꝛ tunc non erit hō. ¶ Ad istud argu
mentū pōt responderi negādo primā 9ñtiam. et ad proba/
tionem di sicut supra allegatuꝫ de mente principis: ꝙ pri/
mus modus equalitatis humane cōplexionis hꝫ magnaꝫ
latitudinē: a qua si egredietur nō erit amplius humana cō
plexio: ista tñ latitudo est magna valde: in qua cōtinentur
corpora tam tēperata qꝫ naliter distēperata: tam sana sim/
pliciter qꝫ etiam egra: vt nūc ꝛ preternāliter talia quacūqꝫ
egritudine intēsissima: ꝛ tam habētia distemperantiam in
qualitatibus manifestis qꝫ etiā in ppietatibus ꝛ qualita
tibus specificis: ꝛ ex cōsequēti prope extremuꝫ latitudinis
huius essent ponēda illa venenata: ita ꝙ lꝫ eēnt in latitudi/
nem eēnt in aliqua mansione vltimi gradus ipsius lati/
tudinis specifice ad quaꝫ mansionem non perueniunt non
assueta ad venenū: sicut non est incōueniens ꝙ cetera cali/
ditas sit alicui conueniens ꝛ naturalis inquātuꝫ excitatus
tamen esset illi aut alteri simili discōueniens quiescēti. Ita
ista dispositio inquantum assueta est similis ꝛ dissimilis cō
traria: siue non naturalis cuilibet non assueto: ideo omniū
aliorum interemptiua: ꝛ sic negatur ꝙ talis exijt totaliter
latitudinem primi modi. ¶ Sed 9. agens a tota sbstātia
nullaꝫ hꝫ similitudinē: vt venenū: ex quo extremaliter op/
ponuntur: vt dicebatur arguendo: ꝛ sumitur ex 3° de cōple
xionibus. ca. p̄ ꝛ 2° ꝛ p̄ can. ¶ Responderi potest ꝙ lꝫ ve/
nenum vt venenū nō alteratū sit totaliter oppositū huma/
ne nature: tñ posse est ꝙ per actioneꝫ veneni in mēbra ꝛ ca/
liditatē naturalē ipsoꝝ spirituū fiat tāta actio ꝛ reactio ꝙ
introducatur vna cōplexio equalis siue facta. ꝛ hoc qꝛ aut
illa ambo agentia sunt equata ꝛ ex consequēti reducta ad
vnam formam siue dispositionem mediam multuꝫ alijs in/
diuiduis repugnantem: vt credit Gentilis de febre ethica.
aut qꝛ tā in partibus materialibus qꝫ formalibꝰ est fixa il/
la dispositio tāqꝫ facta naturalis: vt dixit Dynus de cōple/
xione equali: ꝛ possemus ex isto fantasiari vnū nouuꝫ mo/
dum dicendi. ꝛ tu cōsidera. ¶ Vel possumus scdo respon/
dere ꝙ cū duplex sit cōplexio: quedam insequēs formam
ꝛ quedam materiam: ꝙ non esset inconueniēs aliquod ra/
tione complexionis insequentis formam esse oppositum
extremaliter: lꝫ ratione insequentis materiam esset conue/
niens ꝛ econuerso. Et ex hoc videmus ꝙ aliquis abhor/
ret vnum tanqꝫ venenum: ꝛ alteri tamē illud est cibus con/
ueniens. ꝛ talis dispositio insequens materiam que est cer
ta occulta proprietas: etiam per arteꝫ acquiri potest: vt pꝫ
per assuefactionem comedentis napellum ꝛ iusquiamuꝫ.
ꝛ etiam a nāvt recitatur de puella ab Alberto. 7. animalium
ca. 8. que scorpiones comedebat ꝛ non ledebatur. ¶ Sed
cōtra: qꝛ sequeret ꝙ homo posset a natiuitate produci ve/
nenosus: qꝛ cum quibus forma conseruatur cum eisdē di/
spositionibus illa introduci potest. ¶ Respondetur cōce/
dendo totum: vt si leprosus cum leprosa coiret forte gene/
raretur homo venenosus: ꝛ ideo prohibetur aut prohibe/
ri in lege deberet. ex quo concluditur ꝙ ista cōsequētia nō
valet. in ista materia sunt dispositiones facientes pro ipsa
forma veneni. ergo forma humana introduci nō potest. vt
pꝫ ex supradictis. ¶ Respondet igit ad primam cōfirma/
tionem: ꝙ lꝫ venenum possit corpus nutrire per paulatinā
assuefactionē: tamē maior assumpti est falsa ppter causas
supra narratas in probatione 9nū. ꝛ cōsimiliter rñdet ad
vltimā cōfirmationē. Et sic sit laus cui dedit intelligere.

¶ Finis questionis de venenis ad tēpus edite a Petro La/
rario de monte silice.

¶ Explicit differētiaruꝫ Phorum ac medicorum liber Cō/
ciliatoris celeberrimi Phi mediciqꝫ sua tempestate preclā/
rissimi Petri aponēsis Patauini: emēdatissimus impres/
sus: vtpote qui de verbo ad verbum collatus fuerit cum
exemplari qd fuerat manibus proprijs Joānis aquilani
correctus: qui medicine practicam ordinarie Patauij ma/
gno cum nomine diu professus est.

Gl. 1. doc. 2. sū. 1. ca. 15. d. finē.

3° d simp. dif 4. c. 1. d. fin 4. d. tra. 1. c. 1. i fi. doct. 2. sū. 1. ca. 8. in fi.

Diff. 4. c. 1. d. fi.

Co. 2. post mediū.

Gl. 1. doc. 3. cap. 1.

Gl. 2. doct. 2. sū. 1. ca. 15.

4° pᵉ tra. 3. c. 1. d. fi. i in gōmbꝰ de febre ē ftione ut cla in fi.

¶ Hectorem Valli Aruernum sancte Apostolice sedis Prothonotarium ecclesie sancti Juliani Brivatensis Canonicum dignissimum Symphorianus Champerius plurima iubet salutem impertiri.

Annotationes in Petrum Aponensem quem Consiliatorem vocamus: tibi Hector vir litteratissime dicare constitui: opus a philosophia ad medicorum vtilitatem conditum. In theologia enim ac astrologia rerumque diuinarum mende innumere in Consiliatore conspiciuntur: & religionis deprauata sacramenta: ac maculosa nomina scaturiunt: ad que repurganda opus foret iusto volumine. Hoc enim mihi prope vnum propositum est: hic scopos: hoc signum: vt pro virili parte foueam: instituamque tyrocinia adulescentulorum medicorum: vt in religione christiana titubantibus ob Petri Aponensis delyramenta fulcimenta suppeditem: vt denique imiter Democritum: quem nimio iuuandi mortales studio: interdum prolapsum in philosophia ferunt. Malo enim (citra religionem dico) deerrare nonnunquam: & incidere in culpam vt ego sentio ignoscibilem, quam diutino senescere silentio & funesto veterno torpescere. Equidem ex castris medicorum in Theologorum & Astrologorum atque iurispontificij castra subinde me confero: non tamen vt transfuga: sed vt explorator. Nolo quidem esse Theologus vt Origenes: non tamen expers theologie: qua salus anime continetur. Nolo esse Jurisconsultus: vt gratianus & Baldus: non tamen penitus explosus a contubernio iurisconsultorum. Nolo esse Astrologus vt Ptolomeus: tamen non omnino alienus a secta Astronomorum & schola. Hec autem si penitus introspicere non licet: saltem a limine salutor: & vt celeberrimi scriptores dixere: magne rei quantulumcunque possederis fuisse participem: non minima est gloria: & satius est plura studiorum genera nouisse mediocriter: si non possis vnum aliquid insigniter. Sed ne extra cancellos instituti operis euagetur oratio: iam aperienda sunt vela ac ianua petenda: iam manus imponenda opusculo est: in quo vereor nedum amphoram formare incipio vrceum finxerim. Tu vero Hector clarissime quicquid est istud munusculi libenter cape: quod si facit ad stomachum tuum: quod si tibi probatur tuique similibus bene est: pluris enim facio vnius eruditi laudationem: quam sexcentorum male litteratorum vituperationem. Viuas valeasque Champerij tui memor.

¶ Annotamenta Errata & castigationes in Petri Aponensis opera per Simphorianum Champerium Lugdunensem serenissimi ducis Calabrum et Lotharingorum medicum primarium.

Petrus de Apono apud nostros Consiliator dictus: vir magne: sed nonnunquam nimium audacis temerarieque doctrine. Olim tamen inter medicos boni nominis: sed qui exacte philosophatus aduertit plurime lectionis hominem fuisse: minimique iudicijs ab omnibus ferme creditus est magnus: verum ex aliquibus constatque oppositum ei dogma aliquando tributum sit quem etiam hereticum inquisitores vexauerint: quasi nullos esse demones crediderit: & plura religione significante superstitiosus crederetur in libro presertim quem appellauit Consiliatorem: cuius libri differentia quinquagesima sexta supra centesimam de precantationibus multa in vtramque partem agens: eis tribuit plurimum: illique absurdissime & impie superstitioni fauet: placari deum Astronomica oratione: quod se expertum dicit: visumque sibi vberiorem scientiam impetrasse: dum eam petijsset capite celi medium draconis occupante. sed hanc mittamus & a Joanne Pico Mirandulano: & a nobis alibi detestatam. Eligere enim diem ad initianda coniugia commertia: orationes ad deum & his similia impium est: et a fide apostatare. Omnium (inquit Augustinus) corda fidelium non dubitant: nullis mundi partibus: nullisque temporibus prouidentiam abesse diuinam: nec de stellarum potestate: que nulla est: secularium negociorum pendere profectus: sed equissimo & clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi. Concordat quod idem dicit libro tertio de trinitate. cap. 4. Et ad Januarium ait. Non itaque dies obseruemus & annos & menses & tempora ne audiamus ab apostolo. Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Eos enim inculpat qui dicunt: non proficiscar: quia posterus dies: aut quia luna sic fertur vel proficiscar vt prospera cedant: quia ita se habet positio syderum non agam hoc mense commertium: quia illa stella mihi agit mensem: vel agam: quia suscepit mensem.

¶ Quod precantatio in cura non conferat: contra Petrum Aponensem differentia. 156.

¶ Precantationes censuit Aponensis egris conferre idque persuaderi ratione & experimentis demonstrari: pro experimentis affert multa inter que eucharistie nostre verba & diuine: vt inquit artis notoria nomina: & pleraque magice artis contaminata sane Aponensis iste minus decipere poterat, quam vt precantationibus commisceret que diuina sunt queque prophana & noxia diuinorum nomine dignaretur. Dicunt theologi supra Christi corporis sanctissimum sacramentum: verbis ipsis vt causis non confici: intercedentia autem ea vt signa quibus assistat diuina potentia. Notoriam quoque artem: non modo illicitam: sed vanam prorsus & inefficacem. Diuus Aquinas asseruit noxiorum delyramentorum hostis: vt sanctum & doctum hominem decebat igitur post multa aduersus superstitiones disputata de arte notoria verba faciens: docet eam solis figuris & ignotis verbis vti tanquam signis. Manifestum autem ex illis animam naturaliter scientia non informari: quare eam ad pacta pertinere demonum cum diuina auctoritate instituta non sit: docet & illud effectum scientie qui ea ex arte separatur a suis cultoribus modo quo scientia naturaliter acquiritur haberi non posse: inueniendo. s. per se vel discendo ab alijs: quare relinqui vt vel a deo vel a demone expectetur. Deum vero per huiusmodi obseruationes largiri non solere scientiam: sed ex arbitrio suo: liberalique clementia: vt Salomoni olim: vt apostolis: vt alijs: quare colligi deberet vt rei huiusce sit auctor demon: ad quem intellectum illuminare minime conueniat: quem tamen collustrari oporteat in adeptione scientie. Verum enim est Augustino narrante neminem vnquam a demone scientiam edoctum: quamquam demones ipsos: dum loquuntur quepiam scientiarum documenta proferre nihil veteris: id autem notoria ex arte non queri: ita hac in re Thomas decernit: cuius auctoritas Aponensi prestabilior: cuius iudicium excellens adeo: vt Aponensis comparationem excludat. Magica alia que affert Aponensis experimentatum in pacta demonum referenda sunt: que autem pro rationibus affert: nullam rationem continent: posse inquit incantationem: ita affectam esse: vt mundane materie dominari possit: alibi confutauimus: ex affectione quoque incantati ita euenire quod pari ratione refellitur. Nam tametsi aliqua

possit hominis imaginatio: ⁊ vehemens desideriũ: non tamen ea valet: que ille plurima congerit: inter que illud: vt ex verbis in aure haustis: largiatur quis quecũq; alius petierit: ambulet super acutissimum gladiũ: super prunas ardẽtes illesus: stupefieri preterea serpẽtes: furibũdos equos carmine quiescere. Fieri enim ope demonis id potest: non nature. Qualia si pro veris suscipiantur: ⁊ non ab antiquitate confictis: fuere nõnulla Circes ⁊ Medee cantamina: ꝙ autem a deo sortiantur effectum precantatio huiusmodi: tam impium ꝙ̃ delyrum: nec propterea excusaris: ꝙ in fine questionis ⁊ seu discordie differentie ve prodideris hec omnia topice a te dicta: nullam enim probabilitatem habent: nullum ex topicis Aristotelicis argumentũ sumptũ est: execranda oĩa ⁊ deo aduersa: ⁊ theologis explosa: nec minus illa ꝙ in angelos hec etiam referri posse dixisti: illi siquidem a dei nunꝗ̃ voluntate deflectunt. At qui dicũtur orationes ferre ⁊ presentare deo: proq; nobis intercedere: ⁊ vere ille sunt ⁊ ab eo ecclesia ue sua institute recta voluntate: ⁊ religiosa pietate sursum effuse: tales non sunt magice vanitates: ⁊ phanaticorũ superstitiosa incantamenta. Quod in demones ea ipsa etiam retuleris: recte sensisti: sed nõ ex integro: ibi enim plane delyras cum Ptolomeo: ⁊ eius interpreti accedens: non negas ex celesti configuratione deriuari ad nos potentiam cogendi malignos spiritus: ⁊ ex mortuis diuinare: quod irrisum confutatũ ⁊ explosum est libro nostro de vita celitus comparanda: ⁊ demum decipis dum non abnuis coniunctas orbibus intelligentias: seu celorum animas prodesse nobis ⁊ officere ex diuersitate cantaminũ: quasi substantie que mouent orbes: ⁊ quoquo modo eis coniunguntur male sint: ⁊ nocere magis ꝙ̃ iuuare mortales curent: quasi magorum verba formidẽt: Tum autem Oreste insanior iudicandus es cũ iubdis expertum te eas in amorem non leuem ⁊ odium continuatũ ducis: hec vt quidaz ex recentioribus scribit auctoribus ex Piccatrice magna ex parte decerpsit Aponensis: vanissimo libro supstitionibus pleno: ⁊ veluti scala ad idolatriã factor: in quo ⁊ preces ad queq; planetarum docẽtur ⁊ suffimenta ⁊ conciliationes prauorum spirituum: que ob stulticiã explodẽda ⁊ ob superstitionẽ penitus execrãda sunt.

¶ De arte notoria: ⁊ ꝙ precantatio in cura non cõferat. Ex Galeni auctoritate contra Petrum Aponensem.

¶ Illicitam esse hanc artem ⁊ inefficacem Galenus 6° simplicium concludit. sic enim ait. Si autem necesse est aliquibus aliquo tempore considerare in lib. medicine non existimo ꝙ sit aliquis qui relinquat libros Diascoridis: ⁊ libros Abrucalidis: ⁊ libros Fararan: ⁊ libros decẽmilia hominuz qui senuerant ⁊ consumpti sunt in hac arte: neq; qui velit legere libros alicuius grãmatici: aut illorum qui narrauerunt in suis libris coniurationes quibus coniurãt radices vel plantas quousq; se transmutent ⁊ conuertant de figura in figuram: ⁊ de forma in formam. ⁊ narrauerũt sicut putauerunt radices que faciunt videri demones. Et manifestum est ꝙ libros qui sunt huiusmodi non fecerunt nisi homines facinorosi siue fascinatores: qui volunt facere ammirari populum ex hoc quod dixit Ramachilis in suis libris. Nam iste homo primum quod nominauit fuit Athisuz: ⁊ est medicina quã omnes sciunt postea nominauit agnũ castum: ⁊ est similiter vere omnibus nota: postea nominauit assisi. Et hanc similiter non solum sciunt physici: sed etiaz pastores porcorum: ⁊ postea nominauit asinar que est similiter medicina quam nullus ignorat sicut non ignorat aliquis capillum veneris quẽ ipse nominauit post asinar. Et iste in istis medicinis quas omnes sciunt non dixit aliquid plus ꝙ̃ nos sciamus: ⁊ de earũ dispositionibus: ⁊ ipse postq; nominauit istas medicinas: nominauit etiam vnam aliam medicinaz ⁊ dixit ꝙ eius nomen est vquillas: ⁊ confessus est ꝙ hanc medicinam non nominauit aliquis grecorum: sed dixit ꝙ est scripta in aliquo librorũ qui sunt nominati hermetis alkipti in loco in quo scripsit. 36. medicinas que monstrant demones qui sunt domini horarum. Et scitum est similiter de istis medicinis ꝙ nihil sunt ⁊ false: ⁊ sunt fallacie illoruz qui narrauerunt eas in suis libris: ⁊ sunt ibi alia nomina similia istis que dicta sunt. ⁊ sunt dicta ex nomine Abionicon qui fuit in cargelie qui fuit in secalo: ⁊ ipse posuit ista nomina ad hoc vt homines errarẽt in ipsis nominibus sicut in omnibus nominib⁹ que nominantur. Et ille. 36. medicine non sunt nisi vnum nomen solũmodo: nec est veritas in illis nominibus neq; ostendunt vllam sententiam. Sed Hamachindus ⁊ multi alij preter eum habebant sicut existimauit Legber: quia poterãt facere ⁊ verificare res que non sufficiunt: neq; valent quando memorãtur in libris. Sed ego videns narrare ea que narrauerunt de dispositionibus earũ in hoc tempore non manifestabõ illas nec illorum libros amplius. Sed dimittaz illos ⁊ incipiã in illis que sunt meliora his. Hec Galenus. Illicitam igitur hanc artem ⁊ inefficacem Galenus concludit: quia vtitur his que scientiam causare nequeunt: ⁊ etiam demon per eam inuocatus nec intellectuz illuminare: nec scientiã infundere potest: quãuis possit nõnullis sciẽtiarum documenta tradere. Accedit ꝙ non inueniunt qui ex arte ista in scientijs pre ceteris fuerint illuminati: sed potius infatuati. Nãq; (vt hoc vltimũ primo redarguamus) nec Hippocrates: nec galenus: grecorumq; celeberrimi. Nec Auicẽna ⁊ Auerrous Arabũ prestantissimi: id consueuerunt: irriserunt potius ⁊ aspernati sunt.

¶ De fabrica imaginum astronomicarum ⁊ ꝙ nullaz vim a constellatione habeant contra Petrum Aponensem.

¶ In differentia. cj. in tertio notabili sic scriptum apud Petrum Aponensem vulgo legitur. Sapientes imagines cõstruentes planetarum: introituz in celestes obseruant vultus. Et tunc ad constructionem vel destructionez quod expediebat operabantur. Est nãq; celestis scorpio qui inferis dominatur scorpionibus: ⁊ serpens serpẽtibus. Unde ex serpentibus forma aut scorpionis vel cancri seu aliqua tali nobis fortassis determinate ignota: lumbrici producuntur in corporibus etiam hominum taleo. Cum eniz sm Hermetem Enoch seu Mercurium quelibet arenarũ maris suum obtineat sidus: incitans ad incrementum eiusdẽ: multo amplius in perfectioribus erit tale quid dare. Naz ex virtutibus superum omnia hec quibusdam muneribus diamonicis ⁊ virtutib⁹ sunt plena. vñ Aristoteles de mũdo ait quosdam antiquorum sensisse omnia hec dijs plena fore. hec Aponensis. Sed nec insignes hoc medici crediderunt: nec Aponensi vllum prestat patrociniũ ratio. Sed ꝙ̃ fallantur qui opinionem ipsam Petri Aponensis inuenerunt: manifestari copiose potest. Illud enim testatissimum (vt sic dicam) compertissimumq; apud omnes habetur celorum motus ⁊ dispositiones non esse effectus reruz inferiorum. Quos etiam cause non sunt ipsi fatentur. Restat vt ipse dispositiones: ⁊ quod per eas putant significari: ab eadem causa proueniant: quemadmodum iris interdum serenitatem portendit: non quia eam efficiat: sed quia iris causa: serenitatis etiam causa est. Sed celo nulla est corporea causa superior: que celi scilicet ⁊ inferiorum simul dispositiones efficiat. Relinquitur igitur nõ significari a celo que ab eo non fiunt. Auerrous quoq; aduersus Algazelẽ scribens huiusmodi imagines prorsus inefficaces esse ait. Nam artificialia inquantum huiuscemodi nec celestes

influxum recipiũt: nec alicuius operationis naturalis per se causa sunt: sicut patet ex naturalibus: et quantitas de genere activorum non est: imago igitur ex quacunq; materia fabrefacta sub quibusuis cõstellationibus nihil amplius de virtute celestium accipit q̃ massa nõ effigiata ex qua imago fit: nec omnia que inscribuntur virtutem aliquam habent. Similiter q̃ imagines sepeliuntur in medio loci quo operatio eorum expectatur actioni naturali contrariatur: q: activa et passiva applicata fortius agũt et patiunt. Vanitatem maiorem indicat quod Marcilius ficinus in quodam Arabum collegio se legisse fatetur. Figuram videlicet crucis cũctis anteponi. Quia corpora per virtutẽ agũt ad superficiem iam diffusam. Prima (inquiunt) superficies cruce describitur. Sic enim in primis habet longitudinem: atq; latitudinem. Primaq; figura est: et omnium recta q̃ maxime: et quatuor rectos angulos continet. Effectus vero celestium maxime per rectitudinem radiorum angulorũq; resultant. Tunc enim stelle magnopere sunt potentes. quũ quatuor celi tenent angulos: imo cardines: orientis videlicet occidentisq;: et medij vtrinq; celi. Sic vero (inquiunt) dispositi ne radios ita conijciunt in se inuicẽ: vt crucem inde constituant. Crucem ergo veteres figuram esse dicebãt tum stellarum fortitudine factam: tum earũdem fortitudinis susceptaculum: ideoq; habere summam in imaginibus potestatem: ac vires et spiritus suscipere planetarum. Hec autem opinio ab egyptijs vel inducta est: vel maxime confirmata: inter quorum characteres crux vna erat insignis: vitam eorum more futuram significans: eãq; figuram pectori Serapidis insculpebãt. Ego vero quod de crucis excellentia fuit apud egyptios ante Christum: non tam numerus stellarum (quod in similibus nullum est) testimonium fuisse arbitror: q̃ virtutis presagium: quam a Christo fuerat acceptura. Astrologos autem qui statim post Christum fuerunt: videntes a christianis miranda per crucem fieri: nescientes autem vel nolentes in Jesum tanta referre: in celestia retulisse. Quãq; cõsiderare debeant per crucem ipsam: absq; nomine Jesu miracula minime perpetrari.

¶ Vanitatem etiam indicant obseruantie cetere que in illis obseruantur: vt cum sinistra manu quedam nomina inscribuntur: imaginum quedam supine sepeliuntur alie sursum erectis pedibus capite deflectuntur: que omnia signa magis sunt occulti pacti initi cum demonibus ab his qui talibus vtuntur q̃ cause ad effectum naturaliter cõcurrentes. Sicut in imaginibus necromanticis angelorũ: aut potius demoniorum inscriptio: et aliorum nominum et characterum ignotorum: insuper diuersarũ suffumigationũ: invocãtiũ quoq; vsus signa sunt manifesti pacti cũ demonibus.

¶ De creatione rerum Errauit Aponensis et sibiipsi cõdicit.

¶ Apud eundem differentia eadẽ inscitissime peccat Aponensis: qui dum Aristotelẽ conatur sustinere: et verba obscurans et sensum et sibiipsi contradicit infulso barbaricoq; interpretamento: sic enim ait. Ponentes vero creationem: et si verissimi lege sint: in philosophia tamen nõ sunt admittendi cum ipsam leuem faciant omnino: ac primam quasi causam multiplicibus vexant laboribus. Decorem nõ minus et ordinem: et per consequens perfectionem remouentes sm Peripatheticos ab vniuerso. Hec Aponensis. Sed quis ferat illum qui studere medicine: ac veritatem profiteri pre ceteris christianis medicis iudicatur: cum is neget fieri posse quicq̃ de nihilo? Sed dic tu Petre. Quis est q adeo aut floreat eloquẽtia: aut doctrina polleat: vt creationis ipsius valeat explicare rationem? Magna quippe res est: atq; ita prorsum admirabilis: vt sensum humane imbecillitatis antecellat: verum complura nobis christianis illustrata sunt: et hec ipsa quoq; creatio manifestata desup. At nõ potest deus quicq̃ penitus creare de nihilo? Negat Aponensis: prohibet omnipotente deo potentior homũcio. O egregium facinus. Quod Aponensis nõ vidit: audebit ne aut poterit deus? voluit (vt mihi quidẽ videt) Pygmeus Gigantum more pugnare cum dijs: id est enim bellare cum dijs: deo potius q̃ quod senex Cato interpretat: repugnare nature prodeat nunc in medium Aponensis: et manũ nobiscum conferat. Ponentes creationem ais verissimi lege sunt: igitur lex eorum vera et sancta: si vera: ergo non eguit materia deus. Non enim officinam quesiuit. Non artificẽ ipse per se: in se omnia fecit. principio: Moyses in gñe creauit deus celum et terram: et si sint verissimi quare in philosophia admittendi non sunt: cum omne verum vero consonet? Quid enim philosophia aliud est q̃ studium sapientie? sapientia vero rerũ humanarum diuinarũq; scientia est. Quid dicam de te qui deũ laboribus vexari asseris? furere mihi videris: cuius obtusa acies cũ altius nequiret cogitationem attollere: deum passibilem et mutabilem credidisti. Mittamus vana hec portenta: et turpissima ludibria non philosophorũ: sed potius insanientiũ. Furere mihi videris cũ Mercurio trimegisto. Furere cũ Aristotele: furere cũ Auerroi: quorũ alteri tardi: atq; hebetes: arrogantes alteri: et contumaces: vtriq; rudes sapiẽtie: et ignari veritatis iudicandi sunt. Sed age queso tibi dico Petre: qui philosophiam profiteris et sapientie studiũ colis: ac veritatis artifex haberi cupis: dissolue si tanta insit vis animi tui atq; ingenij acumen. Quomodo fieri possit: vt christiani verissimi lege sint: et tamen admittẽdi in philosophia nõ sint quis est qui ferat huius philosophi: sed potius insaniẽtis hominis delyramenta? Quis hanctã discrepantẽ: tãq; variam opinionem pati possit: proh nephanda: ac detestabilis huiusmodi insanientis philosophi impietas. Sed redeamus ad priora. Quid est ex nihilo creare: aut post non ens aliquid esse? Aperi nunc disertissime Romuli nepotũ Cicero. Diligentissime nature perscrutator Aristoteles edoce. Ostende philosophorum aquila Plato nobis dias atq; dissolue: ignorantie pelle nubila: ingenia nostra serena. Mentis caliginem discute (si potes) et viam ostende veritatis. Sed hanc veteres non videre: qui sanctissima instituta christiani dogmatis ignorarunt: aut si ista considerauerunt: non sciuere: nec potuere dissoluere: cum non fuerint celitus inspirati: ac desup afflati: et instructi diuinitus: quare in vastum ignorantie pelagus: atq; in magnos errores: et ipsi sunt lapsi: et vt Aponensis etiam post eos laberetur: effecere. Sed non est humani aut ingenij: aut eloquentie ista nouisse: atq; narrare. Diuino est opus instinctu: et spiritus sancti afflatu et gratia. Neq; enim aliũde q̃ e purissimis sacrarũ litterarũ fontibus haurienda est altissimarũ rerũ nunq̃ a vero discrepans: ac certa cognitio.

¶ De magna coniunctione ab astrologis somniata ante diluuium Noe: et de alia ante aduentum Mahumetis contra Petrum Aponensem.

¶ In differentia. 113. sic scriptum apud Petrum Aponensem legitur. Videmus aliquas coniunctiones quid magnum ostendentes prius longo precedere tẽpore: anteq̃ ipsarum monstretur effectus: cum materiam tẽpore disponant et formam tandem inducant: sicut coniunctio diluuiũ protẽdens per. 287. precessit annos. Albumasar coniũctionũ primo. Illa vero que Mahumet futurũ denotauit per. 52. Alchabitius. Sic igit ex his omnibus intellectũ perspicacem habẽtibus et scientiam qbus scribit diligẽtibus sufficiẽter ostẽsum firmorẽ posse naturalem: et medici beneficio et astrologi retardari. hec Aponensis. Sed de ipsis coniũctionibus: quanta inter astrologos diffidentia? Cũ nondũ cõstet apud eos que maxima: que media: q̃ minor. Alijq; ob hoc

alij ab illis iubeāt effectus expectari. Alchabitius: Albumasar: & Leopoldus magnã esse coniūctionem dicūt: que post viginti semper annos euenit. Iouis scilicet & Saturni. Maiorē cum ab vna: vt aiunt ipsi triplicitate ad aliam fit trāsitus: post annos scilicet ducētos & quadraginta. Mediā saturni & martis in cācro que trecētesimo quoq; anno perficit: maximā diuĩ iouis & saturni in ariete: que post nongētos & sexagīta annos euenit. Messalla ab his dissentiens eam vocat maximam que fit trium superiorum planetarum: saturni: iouis: & martis: proximã hinc facit iouis & saturni coniūctionem. Tertiam saturni & martis. Quartam iouis & martis. Mitto ꝙ magne rerū inferiorū mutationes euenere sine magnis coniūctionibus: contraq; magne coniūctiones sine magnis euentis. Mitto ꝙ non plus planete possunt iūcti q̃ȝ separati: cū diuersarum sint (vt ipsi volūt) & pugnantiū proprietatū ac viriū: ex qua mistione refractioneq; minus aliquid: non maius esset expectandū. Adde ꝙ nec Ephestion: nec Maternus: nec Ptolomeus vnq̃ȝ de magnis euentis per maximas istas coniūctiones iudicarūt. Ptolomeus enim mutationes istiusmodi in solis luneq; defectus reiulit: in has autē quas vulgus colit astrologorū varias quidem mutationes acceptas referri debere non abnuit: maximas xp̃o nequaq̃ȝ: in quem errorē ob grece lingue imperitiam eius interpretes sectatoresq; inciderūt. Mitto ꝙ precipui astrologi medias hoc est fictas: & imaginarias: falsoq; supputatas: non autem veras coniūctiones sequūtur: non vero: sed medio scilicet & ficto motu inuestigatas. Finxerūt enim vnicuiq; planete motū vniformem: vt inequalem eorū & verū assequerentur. Periodicum illū vocat Ptolomeus: iuniores mediū ex re. s. q2 eo quasi medio ad verū inuestigandū vterentur: sed falliūtur longissimeq; aberrant. Nunq̃ȝ enim ibi est planeta vbi per medium motū esse deprehenditur: q2 nec sic vnquā ille mouetur: & multorū per se annorū spatiū intercedit inter veras & medias coniūctiones: vt ex tabulis apparet. Mitto alias super his eorū insanias: mitto dissidia: in quibus fere semper inueniuntur: nisi dum eos colligat & coniungit insania. Paucis itaq; colligamus que a celo non fiunt diuina miracula (quid enim magis insanum q̃ȝ id quod supra naturam est: viribus nature factū arbitrari) eadem quoq; nec ex ipso celo posse portendi: premonstrantur aūt antecedentibus miraculis. Siquidem vniuersale diluuiū. Noe diuinitus inspiratus mūdo significauit: transitū rubri maris: Egyptiorū magis & astrologis testificata sunt facta per diuinam virgā a Mose miracula. Ezechie porrogatam vitam retrocessio solis palam fecit. Miraculum corporati verbi & virginis puerperij: cū alia: Tū mentes diuinitus afflate: Tum nouum sydus exortū magisq; perspectum indicauit: q̃ȝ ne astrologis aliqua ex parte fauere suspicemur: edocet nos euangelica litera: nō id esse: de his que ab initio creauit in celis. Et ecce inquit stella: quā viderant in oriente antecedebat eos: vsq; dū veniens staret supra vbi erat puer. Quod omnes pene interpretes fatentur. Sileant igit̃ astrologi: & obmutescat Iulianus Cesar impius ille desertor stellam eam egyptiam blaterans nomine Asaph/ videriq; q̃dringentesimo quoq; anno. Nusq̃ȝ enī hoc proditū antea nec post annos. 1500. & 14. tot enī a salutifero Christi ortu preterierere: visa est: suo enim munere functa ab oculis mortaliū prorsus euanuit: nec eius cursus cū syderibus aliis conueniebat. Facticia igitur illa: et tēporalis: nō naturalis: atq; perpetua: condita ad id officij a creatore: per quā significari natū regem iudeorū eo forte modo magi intellexerūt: quo & postea in somnis declinandū Herodē: & alia q̃ȝ venerant via in patriā esse reuertendū. Facessant ergo magne quas somniant coniūctiones: que & false conuincūtur experientia & irrationabiles ratio demonstrat: quibus tamen diuinaculi prorsus insanientes: diuina miracula & prophetarū aduentū & legū mutationes & nostrā etiā religionē fideq; subiiciūt. Albumasar de nostra: hoc est christiana lege: ita sensit: vt annos quos vocat solis maximos non excederet: hoc est. 1460. & iā. 1514. euolutus est. Nec verius suā: hoc est Mahumetis legē emensus est. Habraā iudeus Messiã eorū promisit anno Christi. 1464. ea. s. ratione: ꝙ tūc erat ea syderū positio reditura sub quā Moses populū duxit ex Egypto: & legem illis posuit. Arnaldus etiā vaticinari voluit anno Christi. 1355. vel. 1345. ob conuentū superiorū saturni & iouis in piscibus venturum Antechristū. Alliacensis vt iuniorū astrologorū & presertim etatis nostre mendacia pretermittam: predixisse inquit astrologos dum generale conciliū Constantie celebrabatur: nullam in ecclesia pacem futurã: sed dissensiones & bella: & tamen scisma illud: quo nullū in ecclesia maius: eo anno extinctum est. Cum igitur ea tempora iam preterierint: eos profecto ignorantes: arrogantes: mendaces: leues: & ridiculos: nugigerulos declarat euentus. Sed redeamus ad ea que Aponensis de Mahumeti religione asserit: cuius sententia plane refellit̃. Nam si magna aliqua coiūctio causa est religionis cuiuspiam: abolita vi coniūctionis: & religio quoq; que illius. s. effectus est debet aboleri. Nulla autem syderū coniunctio per tot annos durare etiam fingit̃: quot annis & idolorum cultus & Mosaici ritus: & Christi religio perdurarūt: ille enim circiter annorū quinq; milia: illi xp̃o ter mille annis & eo plus. & eius etiam obseruantia apud iudeos viuit̃. A Christi xp̃o natiuitate mille quingentos & 14. numeramus annos: quare qui per has coiūctiones voluerūt religionibus terminū ponere: mendaces deprehēsi sunt. Sed cū omnia sint incerta & plena fabularū: illud Christi tenendū est. Estote parati: q2 qua hora non putatis filius hominis veniet.

Quomodo astrologi frequenter errāt in iudicijs suis cōtra Aponensem.

Differentia eadem. 113. in responsione decimi argumenti hec scriptum est. Ad illud dicendum est: ꝙ & astrologia nō est mēdax neq; ociosa: quoniam sicut astrologus percipit circa natū accidētia emergentia: ita & eorū subsidia in prolongatione vite per artem ordinate percipit: & veritatē dicit in q̃ȝpluribus. Et raro deficit valde a prognosticatione recta: exceptis quibusdã particularibus valde: perpauci autem sunt predicto vtentes regimine vite productiuo: cū plures vita viuant brutali: aut occupationibus ciuilibus & familiaribus occupari. Hec Aponensis de mendace & superstitiosa astrologia scripsit. Sed audiamus diuū Cyprianū virū clarissimum & eximie sanctitatis martyrem: eo in libro quo sibi tenedatū ait a dominone sacerdotes cū feminis cōe habeant contuberniam astrologos obiter irridet. Ioānes Chrysostomus in cōmentarijs in euangeliū Mathei: opinionem illam astrologorum veluti blasphemā reijcit qua freti putāt stellas in causa esse: vt adulter quis aut homicida fiat. Augustinus 2° libro de doctrina christiana scribit ex notione syderum velle nascentium mores vitã actus: euenta predicere magnū esse errorē magnãq; dementiam: eodem libro scribit. Quisquis liber est cū ad mathematicū ingredit̃ dat pecuniā vt inde seruus exeat. Eusebius Pāphili in 6° p̃parationis euāgelice libro aduersus malignā (vt ipse inq̃t) Chaldeorū astrologiā & rōnib9 & auctoritatib9 apte bellauit. Diuus Basilius magnus ī exameron libro: scribit ridiculū eē astrologie ꝯdicere: sed necessariū ne multi eorū fraude p̃occupent̃ qn̄ in eorū verbis & multa ignorantia & multa ipietas: & inter alia pleraq; cōnexionē hāc affertū enī ex stellis nāliter malū p̃cedit creator erit

effector mali. Diuus Hieronymus affirmat esse ex opprobrijs Egypti: hoc est reliquijs idolatrie requirere stellarum cursus et futurorum ex eis euenta rimari. Diuus Gregorius homilia decima in mathematicos inuehitur: meminitque eos qui priscillianiste dicebantur putare vnumquenque hominem nasci sub constructionibus stellarum. Mitto Lactantium affirmantem astrologiam: Aruspicinam: Necromantiam Magicam a malignis angelis inuentam. Mitto alios compluress eam condemnantes: vt Diuus Ambrosius in exameron qui vanam et inutilem et impossibilem istam Genethliacorum artem affirmat. Denique inquit delectatus sum quod nullus imber effusus est donec precibus ecclesie datus manifestaret: non de initijs lune eum sperandum esse: sed prouidentia et miseratione creatoris. Eadem fere semita Leo: Seuerianus: Cassiodorus: multifariam: presertim in psalmorum commentarijs: et quicunque vel ante vel post Theologi fuere: aut doctrina: aut sanctitate: aut vtroque insignes precessere. Diuus Thomas in expositione symboli affirmat eos factis ostendere plerosque deos se credere: qui non solum putant celestia corpora imprimere in voluntatem hominis posse: sed et illo etiam qui in factis suis certa accipiunt tempora: damnatque astrolabia que tamen ad vsum vere mathematice in deprehendendis stellarum motibus et magnitudinibus pertinent. Idem in libro de sortibus: et in secundo volumine theologice summe parte secunda. Diuus item Bonauentura in prima centiloquij parte diuinationem ipsam que ex astrorum inspectione dies et horas in agendis custodit rebus asserit deceptionem illusionemque esse diaboli: atque ideo maledictam a deo atque interdictam ab ecclesia. In Tolletana synodo (quod et meminit Joannes de turre cremata in summa ecclesie) aduersus astrologiam ita decretum est. Siquis astrologie vel mathesi existimat esse credendum Anathema sit. Somnia hec profecto et impossibiles nuge sunt: non theologis solum sed et philosophis iniurie: Platoni maxime et Aristoteli: qui in suis de republica libris: vbi de condenda vrbe precepérunt nugas hasce non tetigerunt. Nugas inquam: que cultoribus etiam suis perniciem inferunt: adeo vt experientia constet: eos potissimum in suis rebus agendis parum esse felices: qui vanam hanc temporum discretionem obseruant: contra longe feliciores qui eam duce prudentia reijciunt. Nostra hac etate in principibus etiam viris: ita palam ostensum est: vt etiam conniuentes exquisitissime perspexerint. Apud antiquos idem euenit: siquidem Ninus Assyriorum rex nec Astrologus nec Magus Zoastrem in Astrologia in magicis: in omni superstitione potentem et vicit in bello et occidit. Pompeius quem res aduerse atque sinistre pressere: vanitati huic plurimam fidem adhibebat: Nullam Cesar cui felix letaque fortuna. Justinianus imperator: astrologorum et domi et militie felicissimus fuit: contra Julianus ipse desertor et christiani nominis inimicus superstitionibus deditissimus: breui et imperium et vitam infeliciter amisit. Concludamus igitur quod stelle nec pro libito futura decernunt (quia animate non sunt) nec decreta dei necessario ventura in nobis explent: quoniam deus hominem in manu consilij reliquit ait Sapiens. Sed ex natura sua puta motu et lumine a conditore accepta: homines resque terrenas alterant et ad multa inclinant: cui inclinationi homo si vult contraire poterit: viri autem philosophie gnari facile non enuntiant: quod ex certis causis et demonstrationibus veritatis euidentiam non habet. Uerumtamen si anni quattuor partes a qualitatibus suis multum exorbitare contigerit: facillime sequetur aeris intemperies: sicque frugum detrimentum aut excessiuo frigore vel calore vrenti: humore suffocante: aut siccitate consumente humidum radicale. Amplius turbatis elementis: alimentaris frugibus: et aere infecto aut putrefacto: quo ad respirandum sedulo vtimur: egritudines euenturas temere nemo iudicabit. Denique ex aere infecto et alimentis inconuenientibus: spiritum animalem turbulentum generari physica ratio suadet. Hinc egritudines acute et cerebro multe obueniunt turbationes: quibus in vulgo dominantibus ad vnius filij Belial dolosam persuasionem: insultus fieri haud erit difficile. Si enim princeps vilegis occurrere nititur: mox a superba ceruice onus seruitutis et sceptrum exactoris excutere moliuntur: hinc secte contentiones: partialitates: seditiones: bella et cetera huiusmodi oriuntur multa. Unde mirum non est si his et similibus: non tam Astrologi quam philosophi: medici agricole et naute quotidie de futuris multa vera predicunt sine astrologicis regulis: de morbis: de annona: deque tempestatibus. Missa igitur hec facientes reliquos Aponensis errores videamus.

¶ Preclarissimos viros artium et medicinarum doctores Franciscum Dalais et Christophorum Champerium fratrem germanum Regie maiestatis consiliarios et medicos dignissimos Symphorianus Champerius Lugdunensis illustrissimi Ducis Lotharingorum Calabrorum et Barrensium etc. medicus palmarius. Salute plurima impertit.

¶ Ista secũda conclusio quo ad primam partẽ probatur repetendo ⁊ supponẽdo quedam superius declarata. Primũ ꝙ omne mistum põt putrescere ⁊ ꝙ putrefactio est motus in tempore notabili continuato, modo sanguis est mistum tenelle nature valde putrescibile cuius locus est intra venas cordi continuatas: quare est actus putrescere ⁊ de facili effumare ad coꝛ ⁊ febrem causare: vt Galenus nono terrapeu. capi. 3. expressissime dixit. ⁊ secundo de differẽtijs febrium cap. 12. Secundum suppositum est Gale. ⁊ Auicẽ. ⁊ omnium sapientum capꝉo de humoribus ꝙ sanguis generatur ⁊ conseruatur a calido temperato. Cholera ab excessiuo calore melancholia adusta a longe maioꝛi ⁊ continuato calore, ⁊ hoc est suum fundamentum opinionis sue secũdo de crisi capitulo nono expressum. Tertiũ supponendũ ex dictis supra caꝑ 4° cuꝫ de natura sanguinis diximus est ꝙ sanguis dum putrescit in tempore illo toto cõtinuato est actus desinere in tres humores quos habet in potentia. s. choleram flegmam ⁊ melancholiam. Quarto supponendum est ꝙ sanguis dum putrescit ⁊ dicitur febrem facit accidentia cholere opposito modo quando nondum putrefactus est. Sed inflãmatus vt diximus supra. Et hoc dixit Gale. secundo de differentijs febrium quãdo querebat naturam febris sanguinee putrescẽtis dixit illã esse cholericam indicio manifesto. quia si sanguinis putrescit in apostemate facit febrem ⁊ accessionem seu exacerbationem de tertio in 3ᵐ, vt chola: vide caꝑ. 12. 2° de diffe feb. His stantibus accipio propositionẽ radicalẽ Gal. repetitã ab Aui. p° quarti caꝑ. ꝓprio sanguis dũ putrescit fit chola: sensus est i toto illo tpe mẽsurãte motũ putrefactiõis sanguinis semꝑ ẽ

aliqd sanguinis donec totus absumatur. Et non cessat sanguis secundum partem unctuosam subtiliorem inflãmabilem euaporare ad cor: ⁊ euaporat cholerã nunc primo genitam a sanguine ebulliente ⁊ putrescẽte itaq₃ fumi ad cor pertingentes sunt cholerici subtiles: partes vero crassiores descendunt aduste, nisi forte incõtinuata adustione ⁊ ebullitione in qua etiam melancholice febres in fine euadunt, vt bene Auerro. vltimo cantico tex. cõmenti. 68. flegma vero in hoc casu ab intenso calore absumitur quo stante certuʒ est ex quo medicus est artifex sensitiuus iudicat per sensata videt accñtia febris cholerica: ⁊ periodicationis modus excrescentie in tertium nisi fuerit causon vtiq₃ dicet hãc febrem esse cholericam. ⁊ curandam cura cholerice febris: semper tamen abita ratione basis putredinis q est sanguis que si perseuerabit tandem euadet adusta melãcholica cũ accidentibus melancholicis: materia terrestrificata maligna adusta sicut nos vidimus Venetijs anno. 1512. de pidichis illis quorum accidentia in fine erant melancholica. hoc vidit Rasis. 10. ad Almãsorem. Vidit Serapio. 6. breuiarij. vidit Auẽçoar et Auerro. 3° colli. qui omnes curãt hanc febrem sicut verus causon cholericus: nisi succurratur in principio ⁊c. hoc idem Concil. differentia. 89. Thomas de garbo cum Antonio de parma vidẽtur sentire sensum Gale. esse ꝙ dato ꝙ sanguis cum putrescit fit sanguis ⁊ dicatur sanguis. Sicut cholera dum putrescit est cholera ⁊c. tamen dicit Gale. febrem causatam a sanguine putrido esse febreʒ cholericã ꝓp dispõnes accñtales q̃s acq̃uit sanguis in illa inflãmatione ⁊ putredine que oẽs dispõnes preparant sanguinem in nãm cholere. Et accñtia illius febris sunt cholerice. Nam a gene naturale quantum dat de dispõnibus facientibus pro aliqua forma tm̃ dat de forma ⁊ de consequẽtibus ad illam formam. cum igitur sanguis ꝑ inflãmationẽ ⁊ putredinem prepareẽ ad choleraʒ habebit accidẽtia cholere vt supra. ⁊ medicus artifex sensitiuus dicet febrem illaʒ esse cholericã q₂ periodicat natura cholere ⁊ accidẽtia sunt cholerica ⁊ cura erit ad cholericaʒ infrigidãdo ⁊ humectãdo. dato ꝙ basis sit sanguis. Sunt q velient omnes concordare vt Concil. differentia. 89. ⁊ Gẽtilis in hac materia ⁊ mitius agere ⁊ distinguũt febrem ex putredine sanguinis quodãmodo in tres partes. principiũ puta per tres dies vel quatuor in quo tempore adhuc non processit tãta inflãmatio ⁊ corruptio seu putrefactio in sanguine ⁊ accidentia sunt mitiora ⁊ tunc dicunt illam esse febrem sanguinis putridam procedente postea inflãmatione cum putredine per alios dies puta per. 6. alios dies: ⁊ accidentia augumentantur ⁊ fiunt acutiora ⁊ seuiora: ⁊ rationabiliter arguunt supra choleram ⁊ materiã acutam choleram: tunc dicunt illam choleram q₂ sapit naturam cholere in fine puta per alios quatuor dies calido intẽso ⁊ ebullitione cum putredine perseuerãte que facit pro generatione melancholie aduste febris euadet melancholica ⁊ accidentia erunt melãcholica. Et hec est satis bella imaginatio ⁊ sensus fauet illis q₂ cõiter in fine harum febrium malignatis ⁊ adustis humoribus videmus accidentia melancholica. Sed non video quomodo possunt saluare distinctionem illam famosam de febre sanguinis putridi ꝙ alia est acmastica alia peracmastica, alia homotena: ⁊ tu considera nec verba Gal. saluari possunt qui expressissime negat dari febrẽ sanguinis putridam secundo de crisi vbi tractat hanc materiã. ⁊ vbi habet ꝙ febris sang. inflatiua sine putredine est quodãmodo dispositio media preparans ad generationem cholere ex sanguine inflãmato: qui cuʒ incipit putrefieri partes separãtur ⁊ cholericam generat febreʒ. ex quo in illa putrefactione ⁊ toto illo tempore mensurante sanguis conuertitur in choleram donec totus ꝯsumetur ⁊ incineretur: ſm subtiliorem parteʒ virtuosaʒ euaporabilem combustibilem essumãs ad cor: quetota in choleram conuertitur. ⁊ pars crassior incineratur absumpto flegmate vi caloris. Et ideo 2° de crisi cap̃ vlti°: ⁊ 2° de differentijs febrium cap̃ 2°. tm̃ tria genera febrium putridarum continua per ꝓportionabilr interpollatã nõ q̃tuor aliq̃ modo.

¶ Nec valet quod dicunt ad Galenum saluandum ꝙ ideo Galenus dicit non dari febrem putridam sanguinis quia parum durat sanguinea q₂ tanto tempore quanto durat putrefactio quo tempore adhuc stat forma sanguinis tendẽtis de breui in corruptionem ⁊ cholere generationeʒ: puta per duas vel tres horas ⁊c. ⁊ q₂ tandem tendit ad cholericam vel melancholicam adustam que sapit cholere naturam. Nãq₃ Gale. vir exactissime cõsiderationis omnia bene considerans ⁊ distinguens de illa fecisset mentioneʒ. Et ideo primo terra. in fine reprehendit illos qui ponebãt in diffinitione morbi permanentiam ac si vellẽt limitare morbum esse dispõnem permanentem per tot vel tot dies: q₂ inquit ipse. nam siue per horã vel duas vel. 10. fit sine sensu et motu vtiq₃ semper dicitur appopleticus. Similiter si quis spasmatus per horam dicitur epilẽticus non habita ratione horarum vel dierum. nãq₃ hec nomina nature rei non tẽporis sunt indicia. Sicuti dicimus calidum si calet per horam vel diem: similiter album nigrum ⁊c. ⁊ si aqua calet per horam dicitur calida: non negamus tam ꝙ si fit dispositio ad placidum remouibilis vt ligatura brachij illa non dicitur morbus quamuis impediat operationem: quia non dicit rem permanentem: id est actum sua natura ab intrinseco ledere in complexione compositione vel vnitate. Nec valet effimera preparat ad putridã terminaẽ ad putridam ⁊ durant pauco tẽpore. ergo de effimera non opʒ meminisse. Item squinantia ex dislocatione spondilis ⁊ sincopis defectu cordis cito terminãtur. g̃ de illis non oʒ fieri mentio. hec sunt verba cantionum. Vltimo si datur febris sanguinea putrida illa semper esset mortalis. probatur q₂ sanguis putrefactus non põt corrigi: vt bene Gale. in 2° af. fo. 17. sicut nec vinum factum acetum corrigi amplius nõ potest. patet ibi ad litteram.

¶ Scd̃a ps 2ᵉ ꝯnis. ꝓbaẽ ꝙ nullibi inuenit Gal. curasse nec determinasse de alio causone q̃ʒ illo q fit ex putredie sanguinis. Scd̃o ꝓbaẽ q₂ diuisio quaʒ ponit de febre ꝯtinua vniformi. secũdo de differẽtijs feb. cap̃ 2°. in aucmasticam ⁊c. de febre continua vnius paroxis. ⁊c. non competit, nec cõpetere potest nisi febri de putredine sanguinis. pʒ. 9. terra. in ꝑn°. vbi verificat illam distõnem. Tertio ꝓbatur q₂ vbicunq₃ locorum vbi loqtur de febribus putridis, siue continuis siue interpositis non meminet nisi de tribus, cholerica, flegmatica, melancholica, q₂ si datur putrida de sanguine illa est cholerica ⁊ causon vnius paroxismus ad sensum suum. Sed obstant duo: primũ q₂ vbiq₃ locorum dicit illam mitteʒ modo causon est acuta ⁊ pungens valde. 2° argu. q₂ si cholera transmittitur cum sanguine per venas illa potest putrescere. ⁊ causare febreʒ continuam. ergo causonem intra vasa magna. Respõdetur ad primum ꝙ multitudo vaporum a sanguine eleuato: nũ redit illam ad tactum nõ ita pungentẽ, sicut in tertiana cuius mã est extra venas ⁊ dato ꝙ cholera genita ex putredo sanguinis que facit causoneʒ ⁊ genita ex putredo cholere in epate genite sint eiusdẽ nature: vt asso. 98. quarti. nec differunt nisi ratione loci. Ad secũdum respõdeẽ ꝙ si ibi inuenitur cholera intra magna vasa i corpore ꝑter nãliter disposito expelleẽ a nã ⁊ facit ꝯtinuam ꝓportionalem acutam valde ⁊c. ⁊ rõ quare illam expellit a magnis venis ad paruas sitã vero non potest esse multiplex rõ, p̃ q₂ virtus grauata tanto onere sanguinis putrescẽtis non potest ferre id oneris. 2° q₂ illa cholera non transit ad magnas venas: sed mediocris ⁊ expellitur.

¶ Tertia ꝓpõ erat ꝙ sanguis extra vasa potest putrescere ⁊

causare febrē: vt in apate flegmonide, vel carbunculis que febris aliquādo erit effimera, aliquando putrida choleri⁊ca: aliquādo putrida maligna cholerica vel melancholica istam propositionem sic declaramus. Nam ex quo sanguis est extra locum proprium citius putrescit: tum q̄ a natura minus tutatur ⁊ gubernatur: tum q̄ extra locum propriū magis patitur ⁊ minus ꝯseruatur: ⁊ ideo rationabiliter citius corrumpitur in choleram ⁊ melācholiam vt supra. et nos sepissime videmus in apātibus intrinsecus puta pleuresi ⁊ frenesi que fiūt a sanguine ꝙ lꝫ cōtinue affligāt: tamē de 3° in 3ᵐ respōdent cholere in exacerbatione: in carbūculis etiam febres fiūt putride maligne quādoq̄ꝫ cum accidētibus seuissimis cholericis, quandoq̄ꝫ melancholicis in fi⁊ne: stat etiam in pnci° cum nondum sanguis in apostemate est putridus ꝙ effimeram causat q̄ solam inflāmationem cōicat cordi. ⁊ hoc est ꝙ voluit Hippo. affo. 55. quarte particu. vbi hꝫ omnes febres esse malas ex apostemate preter effimeras: ⁊ alibi in. 6. affori. 20. voluit sanguis extra vasa quocūq̄ꝫ loco fuerit necesse est illum corrumpi ⁊ putrefieri ⁊ cōsequēter in choleram flegma vel melācholiam cōuerti vt supra que sunt in sanguine in potētia. nō ergo remanet sanguis: ⁊ si causat febrem proportionatur humori in quē conuertitur nō remanet aliquo pacto sanguinea. quia non remanet sanguis.

¶ Quarta propositio de febre sanguinis tripliciter diuisa i acmasticam peracmasticam ⁊ homotenaꝫ nō opꝫ aliter ꝓbare, ex quo omnes doctores ponūt illam Gale. 9. terrap. cap̄ 3°. ⁊ alibi pluries Aui. cap̄ proprio p° quarti. Serap. i 6° breuiarij cap. 12. Rasis. 30. conti. Halyabb. 8. theo. cap̄ 2. 3. 4°. Auer. 7. colli. demum oēs illam ponūt vbi loquuntur de febre sanguinis: lꝫ forte nō ita in praxi cōiter occurrāt. Et rō huius diuisionis hec est. naꝫ ex quo duo sunt que faciūt febrem sinocham cōtinuam. primum est q̄ vapores sanguinis inflāmati non ex toto euaporāt obstrusis poris. 2ᵐ q̄ cōtinue ⁊ cōtinue fit noua inflāmatio fiet putrefactio in aliqua parte sanguinis cōtenti intra venas magnas. Si ergo ita contingat ꝙ fiat de nouo maior inflāmatio q̄ꝫ resolutio augetur febris. Si minor minuitur, si equalis equatur hec Gale. ad litteram nono terrapē.

¶ Quinta propō pꝫ ex predictis nam si sanguis duꝫ putrescit nō remanet sanguis nō poterit causare febrem sanguineam. ergo nec interpollatam sanguineam sed erit aut flegmatica aut cholerica, aut melancholica qui humores duꝫ putrescunt remanent sub propria forma per tēpus notabile: q̄ nō habēt adeo tenellam cōplexionem ⁊ cōpositioneꝫ qualem hꝫ sanguis ⁊ possunt sustinere lōge maiorem gradūꝫ caliditatis ⁊ putredinis cū forma propria q̄ꝫ faciat sanguis: vt supra latius diximus. Et hoc est qd̄ dixit Gale. 9. terra. ꝙ vbi sanguis putrescit intra venas facit continuā synocham. sed cholericā vniformem causonem. Si extra venas indeterminata parte apans facit periodicaꝫ. q̄ seruat naturam cholere. ⁊ hoc plane ostendit experientia ipsa in pleuresi a sanguine subtili apostematibus sanguinis. ratio vero quare intra venas alteratus non seruet periodum aliquem propriū nisi cōtiᵐ est q̄ propter suam vniformitateꝫ ⁊ multitudinem eque in oībus venis clausuꝫ ebullit solus. Si vero fuerit cōiunctus cum alio humore mouetur ad motum illius humoris: imo melius ex quo cōuertitur in cholerā ibi pōt seruare nām propriā chole extra vasa magna.

¶ Ex predictis pꝫ solutio ad argumēta Auicē. q̄ nos tenemus 2ᵐ intellectum Auic. datum propōni radicali Gal. p° quarti cap̄ ꝓprio de febre sanguinis. s. qñ sanguis putrefit in illo tēpore fit cholera: ⁊ qñ arguit ꝯ putredo est in tēpore cōcedatur cōuersio sanguinis in choleram est in instāti. negatur: imo in tēpore illo toto in quo sanguis putrescit in toto illo tēpore non cessat cōuersio sanguinis in choleram: nec habeo pro icōuenienti i entibus imꝑfectis homogeneis post primum genituꝫ minimū sube in [illegible] gñationem cōtinuari successiue in tp̄e sicut dispō accñtalis preparās ad formā subalē ꝯtinuat: sicut tñ dicūt doctores. 5. phys. in nutritiōe ⁊ vera augmētatione cōtinuat motus a gñonis sube hoc non modo repugnat phie Arist. imo in necessarium sic tenere. vide ibi Gayetanum: possumus et dicere ꝙ lꝫ nō fit successiua trāsmutatio quantū ad gradus forme cholere acquirēde que est suba ⁊ suba nō hꝫ gradus nec recipit magis ⁊ minus nec ꝯriuꝫ hꝫ tamē est successiue quātum ad partes quātitatiuas māe sanguinis que in cholerā trāsmutātur cōtinue: ⁊ hoc sufficit nobis: ⁊ cuꝫ 2° arguitur duꝫ putrescit flegma facit flegmaticā febrem: similiter de alijs humoribus ergo duꝫ putrescit sanguis faciet sanguineam: negat argᵐ. q̄ similitudo nō tꝫ ⁊ ratio dissimilitudinis est: q̄ lōge maioreꝫ gradū putredinis pñt sustinere: alij humores sub forma ꝓpria quod nō potest sanguis sine corruptione dato ꝙ multū laboret virtus pro tutela ⁊ defensiōe sanguinis in iflatiua febre anteq̄ꝫ putrescat. Sed cū incipit putrescere statim icipit ꝯuerti in cholerā ⁊ meliaꝫ precedēte prius inflammatione in sanguine ⁊ inflatiua febre preparante ad putredinē et cholere gñationem. vt supra. Et si arguitur dū putrefit sanguis: est ne sanguis vel non sanguis. Respōdetur est nō sanguis q̄ iam perdidit nomē ⁊ diffinitionem: q̄ corruptus. putredo nāq̄ꝫ in sanguine pro alteratione precedēte est inflatiua febris preparans: ⁊ ad putrefactum et in termino: ⁊ est corruptus i termino: est nāq̄ꝫ tenelle nature vt supra nō pōt ferre veram putredinē sub forma sanguinis: imo nec dispōnem ad veram putredinē longo tēpore. ⁊ ego semp loquor phyice ⁊ sensibilr. Et cū dubitat Aui. ex putrida re pōt gñari nō putridum: cōcessimus etiā hoc nos supra de mēte Ap. de illis bestiolis genitis ex cadauere putrido. Et dixi quodā digesto pro gñatione illorum, nō ex putrido qd̄ totū tanquā superfluū rejicitur a nā ⁊ incineratur. Sed in casu nostro nō est sic, dico ꝙ cholera ⁊ fumi illi exhalātes ad cor a sanguine putrido sunt putridi: ⁊ ideo cāne febrem putridā. Et cū dubitat Auicē. a pari ego dicam cāri febrem melācholicā q̄ pars sanguinis putridi trāsit in melācholiā. Concessum est supra ꝙ in fine febris illa cholerica de putredine sanguinis tādē trāsit in melācholicā febrē putridā ꝯtinuam q̄ intra vasa adustā malignam, ⁊ apparēt signa melācholie aduste hoc sentiūt oēs sapiētes supra allegati ⁊ experiētia ipsa testatur. po. n. crassior tardius trāsit in meliam adustā vt. ꝯ. arᵗᵉ Trusi. i 3° techni cō. 38. nulla hñt vim si bñ intelligantur que diximus.

¶ Quid febris sanguinis.

Febris sanguinis est febris acuta: conclusa inflatiua: simplex ⁊ mitiori hac diffōne ponimꝰ gnq̄ꝫ particule loco dīte: quibus declaratis patebit tota nā huius febris sanguinis. ⁊ p° est acuta q̄ cuꝫ seuis accñtibus in 14. vel ante terminatur cū sua ꝯtinuitate: nam ex quo sanguis est intra venas ⁊ illas qdem magnas ⁊ multas cordi ꝯtinuatas cum supercalefit ⁊ incipit effumare ad cor vicinum calido ⁊ multo sanguine repletum non cessabit in corde calefactio nisi febris cesset. ⁊ iō ꝯtinua ⁊ cū hac sua cōtinuitate nuᵉᵐ lꝫ obseruare excrescētiam ideo quodāmō cōclusam synochā. i. ꝯtinentem dixerūt ⁊ fere vnus paroxismus ⁊ hoc rōne loci, rōne ꝯtitis, rōne multitudinis, ⁊ rōne nature sue q̄ actu calet ⁊ de facili est inflāmabilis. Gētilis dixit hoc ꝯuenire q̄ sanguis talē hꝫ ꝓprietatē febrem cōtinuandi sicut alij humores periodicādi de quo alias in longum disputauimus: ⁊ est et inflatiua dicta nā ⁊ caput collum facies apparēt in hac febre inflata rubea tumida cū cōfractione in toto corpore vt infra cū de singulis proprijs agemus. Et hoc ꝑꝑ vapores multos crassos eleuatos ab ebullienti sanguine obstructis poris. vel vijs qbus possint exhalare vapores inflammati. hec nāq̄ꝫ febris dixit Gal. cor

pora plectorica sanguinea iuuenilia raro alia affligit corpora, quarta particula in diffinitione posita: simplex ꝛ mitis sic a Galeno semper dicitur ꝛ effimera pro expositione hatrum dictionum oportet legere Gale. tertio prono. hoc libro. vbi Hippo. de febribus loquēs dicit febres simplices illas que non sunt cum periculosis accidentibus ꝛ malorū morumꝛ ibi Gale. Exponendo adducit auctoritatem Dinarchi, Demosthenis, Eschinij, Platonis ꝛ Euthidemi q̄ simplicem ꝛ probum iuuenem. i. bonorum morum diceret translatiue dixit Gal. cū Hip. simplicem febrem sanguinis inflatiuam qꝛ vt plurimum bene ꝛ ad salutem terminatur adhibitis remedijs de flobothomia aq̄ frigida ꝛc. in pn°t est eniȝ sanguis humor benignissimus maxime nature dilectus de facili corrigibilis nisi putrescat ꝛ in alium humorē transeat. ꝛ ideo hanc effimeram dixerat Gale. vt supra explicatum fuit ꝛ mitem ad tactum.

Ex quo patet maximus error arabum latinorum ꝛ Auicen. cum Conci. differentia. 90. qui mouent questionē. nunquid febris sanguinis sit semper simplex. i. sola ꝛ cum alijs nunquā complicetur ꝛ componetur febribus: vt dixit Gale. ꝛ hoc propter ignorātiam huius termini simplex in Galeno ꝛ Hippo. male intellecti: mitis etiaȝ in diffinitione posita particula est ad maiorem expressionem de li simplex, vel simplex respicit accidentia ꝛ mores febris: li mitis respicit tactum medici si nāqȝ febris ista inflatiua non trāseat in putridam vt supra diximus ad tactum est calor mitis si putrida vero puta post quartam asper acutus ꝛ immitis egrotantis tactum vt nos infra latius, qꝛ non amplius sanguis, sed cholera vel melancholia adusta effumat ad cor ꝛ idem in totum, non simplex, non mitis amplius nec infirmo, nec medico tangenti quimo imitis ꝛ acuta. qꝛ causon.

Et hec lȝ ita vera sint tamē Gal. 2. de crisi, vbi de compositione febrium tractauit nullam fecerat mentionem de compositione febris sanguis cū alijs febribus, sicut de alijs dixit. Cuius ratio est qꝛ reuera massa sanguinea iflāmata in corpore repleto multo sanguine etiaȝ q̄ alij putrescant vel inflāmentur humores magnitudine inflāmationis sanguis obūbrātur mō medicus est artifex sensitiu⁹ nō p̄t nisi sensus iudicare ꝛ discernere per signa sensata, signa sanguisꝛ in ꝓ bene Concil. differentia. 90, cum Isaac ꝛ recte.

Accedit ad hoc q̄ supra diximus de mente Gale. intra venas naturaliter nō esse nisi sanguinem actu: in potentia vō in sanguine sunt alij humores cholera, melancholia ꝛc. in que sanguis putridus cōuertitur. Sed tunc vt supra nō remanet amplius febris sanguinisꝛ hoc est quod voluit dicere Aui. ṗ° quarti. in caṗ proprio cum dixit in verbis Ga. esse ꝯdictioneȝ, cū re vera nulla sit vt supra ex dictis ample patere pōt. Gēti. vō credit demonstrasse ꝯ Gale. ꝛ Concil. in hac mā ꝛ satis ingeniose possibilitas est res ampla. Sȝ omnia procedūt ex malo sensu verborum Gale. vt supra.

Sed oritur hic questio textualis satis pulchra supra illaȝ particulam conclusa, qꝛ experientia pȝ hanc febrem in mane tepescere ꝛ tñ rationabiliter in illa hora que est quarta pars diei ꝓportionate sanguini calida ꝛ humida deberet magis calere ꝛ vehemētius affligere vel saltim nō minus.

Ad hanc dubitationem respondent moderni vario modo. Isaac dixit, qꝛ hora matutina est magis frigida: ideo et est ꝛ apparet febris magis tepescere. Secunda respon. est q̄ in nocte membra magis digerunt ꝛ attrahunt sanguinē pro nutrimento quo paucificato minus ebulit. Tertia respon. est magis rhetorica: nam ex quo sol est tanquam rex in vniuerso dator vite ꝛ cor mūdi pl'm viuificans videntur quodāmodo omnia illi obedire ꝛ cordi fauere contra morbum aduentu regis. Rabi Moses dedit quartam responsionem in suis affo. ꝛ assimilat ṗmā q̄rtā diei veri secundā estati: tertiam autumno: quartaȝ hyemi: qꝛ in sero ꝛ in meridie egritudines quo quomō autūnales granātur in mane tepescuntꝛ hec ratio non solum de sanguine: sed de omnibus fere egritudinibus habet veritatem: ꝛ tu eligas veriorē vnā vel omnes has rationes ad dubitationem tuam.

De causis febris sanguinis. Capitulum. VI.

Primus supra de mente Galeni quot sint cause febris ꝛ illorū quasdam primitiuas, alias antecedentes alias cōiūctas, seu alia diuisione bimembri quasdā corporeas quasdam incorporeas appropriando modo illas in proposito istius febris sanguinis cause primitiue seu icorporee sunt ille que nec sunt nec in corpore generantur: sed extrarie vt aer calidus continens estatis vel stufe inflammans, aer putridus ꝛ hic proprie ꝯcinsaȝ de sanguine pestiferam causat. Exercitium intempestiuū maxime in non consuetis plectoricis, cibus ꝛ potus calidi vt anacardus, piper, allea, eruca, ꝛc. farmacum calidum euforbium vinum antiquum potens vt siculum, calabrum. creticum, vel vinum nouum turbiduȝ adhuc ebulliens, vinum artificiatum aromatibus vt fit in gallia, cibaria ꝛ potus corrupti, passiones animi vt ira. demū fere omnes cause primitiue quas diximus posse inflammare ꝛ causare effimeram si intenduntur ꝛ perseuerant inflāmabūt etiaȝ sanguinem ꝛ sic causabunt febrem sanguineam inflatiuam, deinde putridam. Cause corporee antecedentes sunt in duplici differentia aut principaliter tales aut dispositiue. exēplum primi, vt oppilatioꝛ hoc dupliciter aut extrinsecus oppilantur pori cutis, vt contingit exercitatis supercalefactis si exponuntur frigori ꝛ vento clauduntur pori ꝛ fumi, ꝛ exhalationes que eleuantur a massa sanguinea calefacta acute fetide in sanguinis corporibus retēte ꝛ quodāmodo recurrentes inficiunt sanguinem in venis ꝛ inflammant et inflammantur magis ꝛ disponunt ad putredineȝ: vt supra diximus. Cutis autem pori etiam alijs causis possunt oppilari extrinsecis vt frigore balneis, sole, fricatione, exiccātibus cutim. vide Gale. nono terrapeu. ad principium. ꝛ cū febris sanguinis est causata ab ista cutis oppilatione. Tu vides signo manifesto a me obseruato q̄ sepissime rigent cum mouentur. ꝛ hoc propterea qꝛ vapores illi acuti non possunt exire foras ꝑ poros strictos. Sȝ clausi intra circūuolant ꝛ pungūt ꝛ rigēt. Intrinsecus ēt si sanguis vel alius humor est aut multus aut crassus aut viscosus fiūt oppilationes vnde non potest sanguis euētari ꝛ currere per vias consuetas qꝛ inflāmatur ꝛ demum putrefit non euentatur, ꝛ calore extraneo correptus. Cause vō dispositiue ad inflāmationem ꝛ putredinem tandem sunt multe vt aquositas in sanguine est causa quia magis fit actus ebullire ꝛ tandē putrescere vt succus fructuum. Cruditas in sanguine vt q̄ ex citrullis, piris, pomis ꝛc. malitia in sanguine vt qui ex cibarijs corruptis ꝛ malis, abundātia ꝛ multitudo in sanguine boni vt qꝛ euacuationes sanguinee consuete sunt retente vt supressa mestrua aut qꝛ membrum fuit incisum et sanguis abundat in tali corpore qui solebat nutrire illud membrum: ꝛ si que tales sunt in sanguine dispositiones ꝑparatiue ad ebullitionem ꝛ tandem ad putredinem, causa coniuncta est ipse sanguis inflammatus subtilis ꝛ dispositus ad choleram ꝛ putredinem generandam.

De modo terminationis febris sanguinis. Cap. VII.

Dirit Auicenna hanc febrem primo terminari ad verum causonem ꝛ ratio est in promptu ꝛ vera quia si sanguis ebullit et transmutatur in choleram putridam vt supra intra vasa magna propinqua cordi causabit causonem verum ꝛ si continuat longiori tempore inflammatio ꝛ ebullitio transmutatur in melancholiam adustam ꝛ sic causabit febrem que sapit naturam melancholie adu ste ꝛ accidentia erunt melācholica vt supra de febribus putridis malignis qui affligerunt anno. 1512. Venetijs.

¶ Scđo terminātur iste febres sanguinis in apa callidū sanguineum vel cholericū vt frenesi ascendētibus fumis subtilibus ad cap. ꝛ ibi ꝯculcātur ascēdūt ēt humores subtiles cū illis, ꝛ cānt apa calim in capite. Aliqñ causant letargū vel subeth dixit Aui. ꝛ hoc si mãe ille vel fumi ingrossanť per ꝯtinuam infrigidationē epithimatū capiti approximatorum, vel suapte nã mãe grosse humide liquate in cerebro pp magnū cauma, vel ascēdentes cū subtilibus pp magnā inflāmationē tēdē resolutis subtilibus remanētibus grossis materijs in cerebro debilitato causant apa frigidum.

¶ Tertio qñqꝫ terminať febris sanguinis ad pustulas essere, morbillos, vel variolas: ꝛ hoc ꝯr aut cretice ꝛ in die cretica cū alleuiatione nãe ꝛ sananť, aut sintomatice pp nimiaꝫ ebullitionē ꝛ mãei multitudinē terminať ad pitichas. i. pustulas illas planas rubeas vel sub rubeas nigras vel virides sm mãei malignitatē maiorem vel minorem que vt in pluribus est sintomatica ꝛ mala crisis.

¶ Quarto quãdoqꝫ terminatur ad apostema sub aures vel in inguine vel alio loco extrinsecus succumbente virtute ꝛ male habent vt in peste que vt plurimum febris est cum inflammatione ꝛ infectione sanguinis.

¶ Quinto quandoqꝫ terminantur ad sudorem in die cretica cum alleuiatione nature ꝛ sanantur, quandoqꝫ sudores sunt mali qꝛ non cretici nec in die cretica ꝛ moriūtur, vt in domino Joan. Castro contigit.

¶ Sexto quãdoqꝫ per fluxū sanguinis nariū ꝛ h̄ est vt plurimum, ꝛ virtute existente forti in die cretica sanantur.

¶ Septimo qñqꝫ terminãtur insensibiliter qꝛ factis euonibus ꝯuenientibus ab arte qđ reliquū est nã digerit p maiori pte in benignū ꝛ reliquū īsensibilr resoluit: ꝛ h̄ si vtus est fortis ꝛ mã obediēs non multum malignata nec grossa.

¶ Octauo qñqꝫ terminãtur ad apa sqnãticū ꝛ tumēt amigdale ꝛ rubēt vel alcolãtur si febris est maligna ꝛ hoc sepissime vidimus in febribus sang. ꝛ oēs iste terminationes hñt signa ꝓnostica ꝓpria de qb⁹ i li⁰ nro de crisi ãple est videre.

¶ De signis febris sanguinis. Capitulum. VIII.

Loquendo de signis febris sanguinis visuꝫ ē mihi ponere signa cōia tam synoche putride qꝫ nō putride q̃ sunt in triplici dña. s. aut sumpta a subalr inherētibus, aut ab opationibus, aut a casibus. i. a q̃litate mutata ꝛ exeuntibus mutatis: sic. n. procedendū puto cū Gal. z⁰ techni melius ꝛ distinctius: ꝛ pmū signum est caliditas plurima tãgenti medico occurrens humida cōtinuata ꝛ mitior qꝫ in causonide puro sicco ad sensum Auic. qꝛ siue putrida siue nō putrida oino basis est sanguinis humidus: sed in nō putrida caliditas longe mitior vt supra. ꝛ rō huius signi est qꝛ materia īflãmata ebulliēs est sanguis humor calidus, benignus, multus intra vasa magna iuncta humiditati, quare fumos multos cōtinuos ꝛ mitiores. in causonide puro caliditas magis imprimens acuta iuncta siccitati mordax non tanta occurrens tactui quia fumi a materia sicca eleuati sunt tales.

¶ Secūda maneries signoꝝ est ab opationibus ꝛ in primis occurrit medico tãgēti pulsus qui est magnus plenus frequens ꝛ velox: nã stãte fortitudine virtutꝫ ꝛ obediētia istis vrgēte necessitate tales hūt pulsus in hac febre. ꝛ in primis magni pleni qꝛ multa est mã vaporosa ꝛ cū pp multã inflãmationē ꝛ vapores plimos nō pōt virtus satisfacere in magnitudine: conať velocitare ꝛ frequētare pulsum: est ēt pulsus qñqꝫ inequalis maxime in synocha cū putredine qꝛ nã grauatur mã multa ꝛ mala. In anhelitu qui pulsui respondet ēt est constrictio ꝛ diuersitas ꝓpter viarū ꝯstrictionem arteriarū. s. ꝛ venaꝝ in pectore ꝛ pulmone tumidaꝝ ꝓpter multitudinē materie in spiritualibus ꝯtēte q̃ ebullit. Et cū cor tanta flãma ꝛ multitudine vaporū capinosorū non possit libere euentari varius ꝛ necessitatus fit spiritus ꝛ anhelitus ꝛ hec quantum ad cordis operationes signa sint dicta que pulsu ꝛ anhelitu exprimuntur.

¶ Signa sumpta ab opationibus cerebri sunt grauitas capitis cū ꝯturbatione mētis pigritia cū labore extēsiuo ꝛ vl ceratiuo in toto in capite dolor pulsatiuus ꝛ in frōte ꝛ tēpibus tinnitus auriū ꝛ rumor. i capite ꝛ hec oia pp magnã vaporum quãtitatē q̃ ad caput ascēdunt ebulliēte tanta massa sanguinea in corpore plectorico adeo φ qñqꝫ incidūt in catafora siue coma q̃ est in po⁰ q̃dã vigilãdi facta lesione in p̃ vētriculo cerebri in p̃ sensitiuo q est sensus cōis: quare sensus ꝯfunduntur ꝛ eadē rōne icidūt in subeth qñqꝫ nō multū graue sic si eēt a flegmate frido ꝛ icidunt in alienationē.

¶ Signa sumpta ab opationibus epatis sunt in p̃nis vrina grossa rubea ebulliēti sanguini ꝓportionata: imo qñqꝫ turbida pp mãm multã ꝛ crassam a magno calore agitatã sicuti olla oleo, pice, resina vel melle igni exposita agitatur ꝛ inflatur ꝛ ideo vrinam turbidã, ꝛ in capite dolorem, ꝛ in toto inflationem quãdam cum rubedine faciei ꝛ oculoruꝫ in hac febre continua apparent. ꝛ hec sunt cōmunia signa. ꝛ est hoc sumptum ex doctrina Gale. affo. 70. quarte ꝑticu.

¶ Appropriata m̃ signa febris sanguinis cū putredine sunt eadē sed seuiora ꝛ magna accñtia accedentia ad nãm veri causonis ad sensuꝫ Aui. salti in ꝓcessu febris: sicuti ēt pnosticum ꝛ cura est difficilior. Et ideo caliditas in putrida est mordatior qꝛ attestatur supra nãm cholere vel melancholie aduste: pulsus ꝛ anhelitus est diuersus magis ꝛ inequalis cū sua magnitudine ꝛ frequentia. Sistoles est maior ꝛ velocior diastole propter fumos putridos expellēdos sicuti in omni putrida diximus. vrine crassiores turbidiores male olentes quod arguit supra putredineꝫ, sitis, agitatio, alienatio, dolor capitis ꝛ temporum cum grauedine ꝛ tinnitu catafora: demuꝫ omnia grauiora sunt in putrida qꝫ in non putride in qua omnia mitiora sunt, accedentia in naturam effimere qꝛ solum caliditas cōmunicatur cordi, ꝛ pronosticum ꝛ cura facilior in principio, qꝛ in processu adurūtur putrescunt ꝛ malignantur ꝛ trãseunt in nãm putride.

¶ De cura febris sanguinis. Capitulum. IX.

Galenus primo ad glauco. cap̃ de cura sinocarum dixit in cura istarū ꝛ omnium egritudinum acutaruꝫ maxime deprehendi ꝛ cognosci pericia ꝛ prudentia medici itaqꝫ due sunt p̃me intētiones ꝛ principales in hac febre. Prima est ad causam plenitudinem scilicet remouendem, que est curatiua ꝛ p̃seruatiua intentio. Scđa est ad febrē vt febris est cū frigidis extinguēdã. Tertia intentio est mundare sanguinem a cholera ꝛ alijs humoribus qui cum illo putrido vel inflammato complicantur. Quarta est digerere sanguinem ꝛ humores cum illo complicatos. Quinta intētio est succurrere accidētibus. Et he omnes supponunt ordinem dietarium cōuenientem febribus acutis virtute forti: de quo infra pauca ꝑcurremus.

¶ Prima intentio perficitur proprie cū flobotomia in hac febre ꝛ illa vsqꝫ ad sincopim vt dicunt doctores vt Gale. Auicenna Serapio Auenzoar stãte virtute forti ꝛ etate iuuenilissimam vbi iste due conditiones vel altera istarum deficit oportet illaꝫ partiri. ꝛ hoc est tutius iudicio meo. ꝛ ad flobotomiam cito properandum, tum vt euentetur ꝛ refrigeratur totū, tum vt natura alleuiata non transeat in putridam quod non placuit Auer. de qua diximus in cap̃ ꝓprio de flobotomia in vñ in li⁰ de arte curatiua d̃ flomia, vsqꝫ ad sincopim: flomia naqꝫ ꝓprie est de directo ꝯria plenitudini per se q̃ est repletio quo ad vasa q̃ vt plm̃ cōplicatur i hac febre vt supra dixim⁹ ex Gal. ꝯuenit ēt plētudini quo ad virtutē. nã crassos ꝛ viscosos humores si sunt sanguis vel sanguini misti flomia ꝯuenit ꝛ proprie in p̃nci⁰ ad mãm minorãdã ꝛ oppilationē aperiēdas ēt refrigerat ꝓbi

ber putredinē ⁊ infrigidat: ꝫ per accñs: q̄re habebit in flo/
mia duas intētiones ꝑncipales. s. remotionē cāe. s. abūdan
tia humoris replentis ⁊ refrigerationē febris habebis ēt
alias intētiones q: remouet putredinē seu putredinis su/
spitionē ⁊ aperit oppilationes q̄ in hac febre vt plm̄ inue/
niūtur. ⁊ hec fiat statꝫ cū ꝑ occurris vt facit Gal. in media
nocte supposita lenitione vētris cuꝫ clisteri: ⁊ ꝓpriē flomia
ex basilica dextra hauriēdo sanguinē ex fonte nu͂ expecta/
ta digōne q: sanguis vt sic illa nō indiget pro flomia fiēda.
⁊ q flomiaꝫ dimittūt vt plm̄ moriunt: q: suffocant vel ma
lignatur magis ⁊ putrescit ⁊ paruū nisi fortitudo virtutis,
aut flux⁹ sang. aut sudor supuenit ingt Gal. 9. terra. Cū hac
ꝑª itētione stāt fricationes ad aperiēdos poros extrisecus.
Si oppilatio in cute fuerit cā putredinis vel iflāmationis.

¶ Secūda intētio perficit cū aqua frigida vt dicūt oēs vsq
ad saturitatē obseruatis cōditionibus regsitis ⁊ breui eqli
bratis q: plurima sunt incōmoda notata a Gal. 9. terrapē.
de potu aque frigide. vide ibi Auer. dabat aquā angurie,
vel cucurbite: q: dato q cal efieret in corpore nr̄o inflāma/
to adhuc infrigidat ꝑ cōplexionem suā frigidā: aq̄ vo sim
plex cū est calida calefacit q: simplex non hꝫ cōplexionē: ⁊
hꝫ per se rationē satis euidētem: nisi esset q aqua simplex
multa data frigidissima extinguit qd̄ volumus ⁊ securius
cōcedere. nā timor esset in aqua angurie de nimia infrigida
tione in tanta quantitate exhibita: ⁊ tu considera loci per/
scrutabilem. Sed notandum pro hijs duobus remedijs fa
mosis moderandis. primo q in synocha inflatiua tu potes
securius flobothomare ⁊ stāte virtute forti ducere vsq ad
sincopim vt Gal. Auicen. ⁊ alij ex Hippocrate in synocha
putrida tu non debes aliquo pacto facere flobothomiam
adeo copiosaꝫ propter multa. ⁊ primo quia virtus non est
adeo fortis. secūdo q: oportet remanere robur virtutis ad
putredinem digerendam ⁊ remouendam. Tertio quia hu
mores cholerici subtiles geniti complicati vt supra furerēt
secundum quod habes aduertere circa ꝫm remedium ꝑn/
cipale est q non debes dare aquā frigidam ante flobotho
miam. Sed flobothomare prius dixit Auicē. ne addas in
causa q: ingrossationem humorꝫ auges times oppilatio-
nes ⁊ reddis humores magis aptos putrescere. ꝓ quo cō
sidera q vbi sanguis sit subtilis valde vt in causone teneo
firmiter cum Auerro. 7. colli. q preponenda sit aqua frigi
da copiosa. Et in hoc casu non timeo q remaneat causa: q:
multitudo materie non timeo ingrossationem ⁊ oppilatio
nem per exhibitionem aque frigide. Sed bene timeo ebul
litionem ⁊ furiam cholere per flobothomiā. Frigida nāq
aqua in hoc casu. si iuuenis obesus ꝯsuetus fortis calo/
ris sine apostemate in estate equabit complexionem. forti/
ficabit virtutem resolutam contemperando: digeret mate/
riam subtilem ⁊ reddet illam aptam expulsioni per sudorē
vel reductioni in benignuꝫ. ⁊ dato q infrigidaret materiā
⁊ redderet illam ineptaꝫ digestioni ⁊ oppilaret ⁊ proroga
ret morbum adhuc est eligibilius q̄ꝫ q materia furia ⁊ mo
riatur eger ⁊ in hoc concordātur omnes boni operatores.
Et accidentia febris ⁊ regimen preteritꝫ, complexio ipsa
egroti, habitudo, anni, tempus, regio manifestabunt tibi
nunquid grossus vel subtilis sit sanguinis ipse qui peccat:
⁊ quomodo te debes regere in casu. Tertio aduertenduꝫ
in hac secunda intentione principali q: nō solum corpus in
flāmatum infrigidatur potu aque frigide quod magnum
est vbi frigida potest administrari iusta cōditiones dictas
alias in canone vñ Gal. voluit in exhibitione aque frigide
expectare digestionem materiei prius vt remanente reple/
tione sine flobothomia. Sequerētur incōuenientia multa
de oppilatione maiori, de ingrossatione materie, de reddi/
tu febris ad deteriorem statū stante causa replente. ⁊ ideo
ipse laudat flobothomiaꝫ. primo in qua nihil dubitat in fe
bre sanguinis. Sed plurimuꝫ dubitat in exhibitione aque
frigide siue post flobothomiam siue ante flobothomiā: nā
si stet apa vel pars debilis vel consuetudo ⁊c. ipse timet.
Sed extrinsecus approximata etiam infrigidare totuꝫ: ⁊ vt
epithimata cordialia tēperate frigida: saltim in potētia ap
proximare cordi: pro quo vide Concil. differē. 196. ⁊ Gētil.
in qōne de corde epithimata, pro epate cōuenientia, pro ce
rebro, pro testibus odorata frigida, vt aqua rosata, poma,
narantia ⁊c. hec omnia infrigidant equant complexionē ⁊
fortificant membra principalia. Item ordo diete frigide et
proprie cum agresta. Item syrupi acetosi de acetositate ci/
tri de agresta, de portulaca, rosati, violati, de buglossa ⁊ ce
tera hꝫ cuꝫ suis aquis proportionatis, vt endiuie, cicoree,
plātaginis acetose, cucurbite, angurie, ⁊c.

¶ Tertia intentio curatiua que erat mundare sanguinē ab
humoribus qui cū illo putrido vel inflāmato complicētur
potissime perficitur cum frigidis solutiuis vel saltim tēpe/
rate calidis ⁊ in hoc prestantiores sunt tamarindi, manna,
cassia, prune, syrupus rosatus solutiuus cum infusione ro
sarum iterata aqua fructuū, aqua expressa ex duobus gra
natis cum pulpa vsq ad reuberbarum cuꝫ intentio est ad
choleram euacuendam quod est vt plurimum que omnia
purgant sine inflāmatione, leniendo pro maiori parte pre/
missis ⁊ cōtinuatis syrupis frigidis extinctiuis lenientibus
vt acetosus ⁊ violatus rosatus ⁊c. Aqua ordei aqua semi/
num cōmunium ⁊ ipsa semina sunt prestātia in casu q: diu/
retica frigida sanguinem a ferositate cholerica mundificā/
tia, similiter aqua cucurbite, angurie, ⁊ semina ⁊ illoruꝫ ex
pressio. s. endiuie plantaginis: omnia hec conueniunt in ca
su nostro: ⁊ pro hac tertia intentione notandum vnuꝫ Auē
zoar q ipse in hac febre ante flobothomiam semper exhi/
bebat minoratiuum respiciens choleram. nam ex quo san
guis inflāmatur vel putrefactus conuertitur in choleram
subtilem vel saltim tendit in naturam cholere timens fu/
riā cholere ex flobothomia ⁊ ne transiret in causonē ipse se
curius primo euacuabat farmaco respiciente choleraꝫ sub
tilem deinde flōmabat. Secundo notandum pro hac inten
tione q si vides alios humores cum sanguine forte compli
catos vt contingit vt humor melancholicus flegma quan/
doq viscosum poteris illos euacuare cuꝫ sena polipodio,
agarico, vel cum electuarijs proportionatis solutiuis sem
per alteratis cum frigidis timens inflāmationem.

¶ Quarta intentio est digestio non qd̄ intendamus sangui
nem digerere: vt ille possit farmaco euacuari cum nu͂ᵐ sit.
Sed vt aptemus illuꝫ nature vt reducat in benignum. ⁊ si
qui sunt in sanguine vel cuꝫ sanguine humores misti illi⁹ di
gesti euacuentur. Hoc autem fit dupliciter aut opponendo
te modo substantie sanguinis: aut putredini sanguinis. exē
pluꝫ primi si sanguis est minus subtilis aquosus vel cho/
lericus ingrossetur quia ebulliret ⁊ si natura vellet illuꝫ in
bonū transmutare nō posset. Si sanguis est crassus aptus
oppilare vt sanguis melicus genitus ex carnibus bouinis,
ceruina, lētibus ⁊c. vel flegmaticus vt genitus ex anguillis
siue, caseo ⁊c. tu debes illū subtiliare: q: nec resolui, nec cre
ticari, nec ad benignū duci pōt sic dispositus sanguis. scd̄s
digerēdi modus est opponere te putredini in sanguine: sed
q: putredo ꝯstat humiditate ⁊ caliditate ideo frigida ⁊ sicca
sunt ꝓstātiora narātia, agreste, granata, acetū, ⁊ acetosa, or
deū syrupi acetosi de acetositate citri, de agresta rosatus de
endiuia: ista oīa ꝯueniūt in casu ⁊ alia hꝫ vt syrupus de li/
monibus. ⁊ isusio tamaridorū est ꝓstātissima in casu: ⁊ sup
oīa virtutis corroboratio illa est q̄ corrigit putredinē adiu
ta a medico cū instrumentis proportionatis vt supra.

¶ Quinta intētio est succurrere accñtibus febris accñā aūt
huius febris sunt multa ⁊ varia de qbus supra diximus cū
de signis egimus. ⁊ licet accñtia nō habeāt vt sic itētionem
curatiuā: q: dependēt ab egritudine sicut vmbre a corpore
remota igit̄ egritudine remouent̄ accñā tñ qñq idigēt cou/

rectione ⁊ hoc semper per contraria vt supra: aliquando vo curatione cum figuntur ⁊ incipiunt transire in naturam ve re egritudinis vt parafrenesis in febre sanguinis: ⁊ in hijs casibus puta timentes nouam egritudinem ⁊ forte seuiorē: vel q: cedunt in causa vt dolor capitis, vel q: augent mor/ bum vel q: incipiunt transire in naturam alterius egritudi nis tu debes intendere accidentibus omni ingenio remo/ uendis. Sed ponamus in casu q̄ vera cura morbi princi/ palis ⁊ cura accidentium sint cōtraria vt puta sincopis in febre. dolor colicus a materia frigida intensus. dico in hoc casu de intensissimo dolore tu prius dolorem sedate: etiā cū opio si oportet: deinde reddi ad causam. similiter in synco/ pi exibe vinum ⁊ illum quidem aromaticum ad viuifican dam virtutem. Sed caue ne augeas febrem: ideo vinū au sterum aquosum est melius: nam intendens vni non sper/ namus aliud, deinde reddi ad febrem: nam in hijs casibus medicus rationalis intendit viuificare hominē primo, de/ inde curare cuius oppositū faciet sinister medicus. simili/ ter ⁊ in alijs similibus casibus intelliges. Exemplo istorū duorum predictorum.

Reliquum est vt de dieta verbum faciamus: pro quo no/ tandum que alibi in canonibus vniuersalibus diximus in libro de arte curatiua qualiter cibus est amicus morbi de repletione q: auget repletionem diuertit virtutem ab ope/ re digerendi vel creticandi: ideo si virtus posset tollerare si ne cibo vsq; ad statū ⁊ crisim in acutis: nō opus esset cibo: ⁊ ideo quanto acutior est morbus de repletionē minus ci/ bamus q: repletio indicat de inanitione quod est suum cō/ trarium existimantes posse virtutem durare vsq; ad crisim: ⁊ quanto minus acutus ⁊ longior magis cibamus ⁊ tāto cōdescēdimus in cibatione quanto lōgior ex doctrina Hip/ po. ⁊ Gale. aduertentes virtutem que indiget cōseruari vel preseruari q: ergo febris ista sanguinis est repletionalis est acuta est vt plurimum cum fortitudine virtutis ideo lauda tur dieta tenuissima vel illi propinquam infrigidatiuā ex/ tinctiuam: vt olera vt acetosa, endiuia, lactuca, buglossa, cu curbita, anguria, aqua ordei, agresta, lentes, prune grana/ te, iuleb syrupus rosatus acetosus de limonib⁹ ptisana or/ deacea ⁊ vbi times virtutem propter consuetudinē laute viuendi propter resolutiones virtutis vel propter copiosas flobotbomias tu debes statim succurrere virtuti vt cū pa/ natelis ex brodio pulli: ptisana in brodio ⁊ pisces saxatiles q: frigidi boni nutrimēti laudantur in casu quandoq; con tusum ex pulio ferculum ex farro. imo quare considera tē/ pus longum vel acutum egritudinis considera consuetudi nem, cōsidera virtutis tenorem, etatem, senem vel puerum anni tēpus, complexionem naturalem, ⁊ da quale ⁊ quan/ tum ⁊ quādo cōuenit: ⁊ de hoc recurre ad regulas genera les distinctissime assignatas in libro nostro de arte curati/ ua: non possumus hic omnia repetere. prouocantia frigida vt semina melonum plurimum valent, abstinere a vino q: euaporat ad caput ⁊ inflāmat. Sed in declinatione vinum album pauciferum prouocatiuum sudoris ⁊ vrine: conue/ niret tum propter rationem dictam ⁊ q: aperitiuum oppi/ lationum confortat virtutē reficit spiritus exilarat cor di/ gerit ⁊ consuetis summe conuenit. ⁊ Auicē. nō modo cho/ lericos multos qui non possunt tollerare famē ⁊ vti dicta illa subtili. Sed bene aduertit esse quedam corpora obesa sanguinea valentia pletorica que non possunt ferre ieiuniū ⁊ ego experientia in domino Aloisio de Canali Veneto qd vel ex proprietate vel consuetudine vel vndecūq; hoc con/ tingant debet medicus esse oculatus ⁊ omnia considerare in egritudine acuta in qua vt diximus in principio: curare op; medicum esse solicitum ⁊ diligentem ⁊ prudentē ⁊ in pro cessu ⁊ in fine: ⁊ semper oculus dexter ad virtutem que so/ la curat morbos acutos et cronicos: ⁊ ipsa sola est que mor bo proprie contrariatur ⁊ cause morbi. ideo aduerte.

Curationis summa recapitulatio. Capitulum. X.

Cum primum occurreris medice se bricitanti febre san/ guinis oportet primo videre si putrida vel nō putrida ex signis supra datis: ⁊ qualiscunq; sit considerato tenore virtutis, etate puta infra 60. annum supra. 14. non sit debilitatus ex coitu: non nau/ seabundus non sit domina pregnans egritudo est ma/ gna. statim premisso clisteri vel lenitione ventris cū aqua fructuum tamarindis ⁊c. cassia vel manna vel lenitiuo ali/ quo frigido tu debes flobotbomare ⁊ copiose ex basilica dextra vel cōi. nā ex hac flobotbomia habebis duas p^{rim} intentiones. s. ad causam ⁊ ad febrē remotio plenitudinis ⁊ infrigidatio: aperit etiam oppilationes ⁊ prohibet putre dinem ⁊ reducetur ad benignum: aduertendum tamen q̄ si febris est non putrida tu potes audēcius ⁊ copiosius flo/ botbomare: si vo putrida partius propter rationes supra/ dictas quo facto statim te prepara ad exhibitionē aque fri gide sequenti die vel postridie. ⁊ hoc si tibi videbitur opor tunum q: s. adsint signa expetentia aquam frigidam ⁊ non sint que prohibeant. q: non apostema intrinsecus, non op/ pilationes fortes, in estate, consuetus aque frigide ⁊c. ⁊ si non potes audere supra aquam frigidam copiosam exhi/ be aquam endiuie acetose, cicoree cū syrupis frigidis fre/ quentando ⁊ in nōbili quātitate q: pauca quantitas inflā/ maretur ⁊ inflāmaret potius: ista nāq; extingueret flāmā que remansit cū materia paucificata ex flobotbomia: ⁊ cō fert mirabilr reducēdo ad benignū ⁊ hēbis absolutā secū dam intentionem principalem: ⁊ hic notādum puto verū dictum Auerro. ⁊ verum q̄ febres iste acute habēt latitu/ dinem in diuersis climatibus, diuersis complexionibus: ⁊ que in Italia sunt acute in terris arabum ⁊ in egypto sunt peracute ⁊ in egypto humores subtiliores in regionibus calidioribus que faciunt furere subtilitate cholere. ⁊ ideo orientales sunt audaciores in potādo aquam frigidam: tū q: assueti sunt ex lege, tum q: febres acutiores, aque etiam ille nō sunt ita frigide, sunt magis digeste a sole, ⁊ forte ha bent aliquas cōditiones vt aqua Nili que est omniū me/ lior quas nō habent hic in Italia: ⁊ ideo cōsiderandum est q̄ stante tāta humorum subtilitate ⁊ acutie ⁊ bonitate aq̄ cōsuetis preponere aquam frigidam ipsi flobotbomie eēt melius. Et tu cōsidera vt supra: ⁊ in hoc bene sentit Auer. q: flobotbomia faceret furere materiam. Sed equata mā cum aqua frigida possēs si oportet postea flobotbomare: si tamē suspicaris sanguinem crassum potes prius flobotbo mare. Sed abstine ab exhibitione aque frigide quibus in tentionibus peractis aut febris est putrida ⁊ tunc perseue ra cum digerētibus extinguētibus feruorem ⁊ putredinē: ⁊ euacua cum appropriatis semper frigidis vel saltē infri gidātibus complicatis que reprimāt feruorem sanguinis ⁊ euacuēt materiam sanguini complicatas que quandoq; sunt cholerice aduste, quādoq; melācholice, quādoq; fleg matice ⁊c. abstine a violentis farmacis q: inflāmant ⁊ de/ bilitant vtere prouocātibus vrinam frigida vel temperata ⁊ sudorem. s. semine cōmuni a capillus veneris absinthiū post. 7. ⁊ apium, petrosillinum ⁊c. cum syrupis ⁊ proprie acetosus, de endiuia, de buglossa, de lupulis, de capillis ve neris. s. de fumoterre simplex bisantinus simplex. Aq̄ fru/ ctuum habet omnes bonas intētiones in hoc casu q: dige/ rit ⁊ euacuat extinguēdo cum tamarindis prunis seminibus s. cōmunibus, florum cordialium, passularū in aqua ace/ tose ⁊ capillorum vene. cū modico syrupi acetosi magnus claus omni mane est optimum remediū. ⁊ vltimo lauda mus vinum granatorum in hulus febribus incensiuis san guinis cholericis: ⁊ maxime i pluris diebus est nāq; opti/

num extinctiuũ, prohibitiuũ putredinis, refrigerat epar & rectificat: itaq; si putredo non tñ impresserit q sanguis sit ex toto rebellis poterit predictis igenijs rectificari a natura & reduci ad benignum beneficio medici prudentis p/dictis & similibus auxilijs.

¶ Esto tamen semper memor de corde refocillando equan/do refrigerando & confortando: vt vtatur odoris frigidis vel temperatis vt poma, narantia, nenufar aquam rosatã cum aceto vel sine cum maluatico vel sine illo epithimata cordialia vsualia temperata sacculi ex huiusmodi. Si etiã videtis magnũ caumã in epate precedentibus euacuationibus conuenientibus bonũ est illũ epithimare fridis cũ stipticis. Sitt & testes secũdum immergentem necessitatẽ. Interim sis memor epatis & stomachi confortando illa cum stipticis vt sint fortia ad digestiones perficiendas. Cataplasmata vo calida & humida quibus vtebantur antiqui ante Gale. sunt maximi nocumenti relaxantia membra principalia: & attrahentia materias ad locum que adeo a Gale. 12. terrapen. detestantur. & hec sunt breuiter dicta in hac difficili materia. Venetijs. 1522.

¶ Finit Petri Aponensis medici ac philosophi eminentissimi liber: Conciliator philosophorum & medicorum merito nuncupatus. Nouissime post omnes impressiones vbiq; locorum excusas: collatis omnibus exemplaribus hactenus impressis: & q̃pluribus etiam manu scriptis: a viro bene docto exactissime recognitus: cunctisq; mendis & erroribus: quibus exemplarium labe: ac impressorum incuria vndiq; scatebat: expurgatus. Una cũ eiusdem libello de venenis: ac subtilissima questione de venenis ad terminum: Cribrationibusq; symphoriani. Adiuncta denuo eleganti questione Cesaris Optati Citrarci de regno Neapolis de flobothomia in pleuresi: Necnon eiusdem vtili opusculo de febre sanguinis: que in alijs hucusq; impressis non reperiuntur. Impressa omnia Venetijs accurate solitaq; diligentia Impensis nobilis viri domini Luce Antonij Junta Florentini in eiusdem officina. Anno ab incarnatione verbi. Millesimo quingentesimo vigesimosexto pridie nonas Augusti.

Registrum.

✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z & ɔ ꝝ A B C D

E F G H Omnia quaterna: preter ✠ E F G H terna